


QUAESTIONES XENOPHONTEAE ET ANTISTHENEAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES DAHMEN
COLONIENSIS

MARPVRGI CATTORVM
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MDCCCXCVII

THEODORO BIRT

S.

I.

De Xenophontis scriptis philosophicis quaestiones chronologicae.

Longa est virorum doctorum series, qui de Xenophontis scriptorum tempore atque ordine agere instituerunt, at quot capita, tot sensus, nam mirum quantum inter se differunt. Inter nostrates vero haec extitit consuetudo, ut ex particularum quarundam praepositionumve usu librorum ordo definiretur. In aciem produxit Dittenbergerus in annalibus qui vocantur ‚Hermes' tom. XVI, pg. 331 particulam μήν, ut ex eius usurpatione Xenophontis scripta ordinaret; qua argumentatione Roquettius[1]) cum cupiditate quadam arrepta in dissertatione alias insigni nonnullas paginas explet tabellis. Item Schanzius in disputatione quae in iisdem invenitur annalibus, tom. XXI, 431 sq., imprimis 458. ex usu verborum τῷ ὄντι atque ὄντως ordinem quendam statuit, cum Stahlius in Roquetti dissertatione recensenda (philol. Anzeig. XVI, 1886 pg. 86) aliam ingressus viam optativi futuri usum respiceret. Quae observationes summa laetitia acceptae sunt a multis, multique sunt imitati Dittenbergerum, Roquettium, Stahlium. Quid omnes hoc loco numerem? quid vero consecuti sint docti illi, merito quaeras ex me. Atque tibi respondebo: Paulum. Paene omnes enim aliquantulum, in nonnullorum vero scriptorum tempore constituendo etiam plurimum inter se variant. Recte igitur Hartmanus[2]), ut est vir acer ille quidem, verumtamen iocosus, rationem illam cum illuderet, computavit ex illis tabellis: particula μήν respecta Xenophontem conscripsisse primum Cyri expeditionis librum IV et VI, deinde II et III, tum l. V, postremo l. I et VII, Socratis Commentariorum compositos esse primum librum IV, tum II et III, postremo l. I.

---

1) In dissertatione, cui inscripsit, de Xenophontis vita et scriptis a. h. s. 84 edit.

1) In anal. Xenoph. pg. 39.
De Schanzii conatu conferas, quae recte adnotat Duemmlerus (in Acad. pg. 48. 1): »Ich fürchte nicht, dass die von Schanz vorgebrachten Kriterien hiergegen geltend gemacht werden können. Sie bieten für Xenophon überhaupt viel zu kleine Zahlen, um zu Schlüssen zu berechtigen.«

Talibus sermonis observationibus modicam[1]) tantum inesse probandi vim apparet. Neque enim auctoris licentiae particularum usus est permissus, sed cum orationis genere cohaeret. Atque summo iure dicit Kaibelius[2]): Dass ich hier und im Folgenden die moderne Partikelstatistik nicht als Beweismittel benutze, dafür habe ich gute Gründe; irgend welchen Nutzen hat diese Statistik noch nicht gebracht, wohl aber in manchen Köpfen die Vorstellung erweckt, als ob durch fleissiges Zählen sich kritische Lorbeeren erringen liessen.

Hanc viam in scriptorum Xenophontis chronologia definienda statuo esse muniendam, ut ex sententiis quas ipse repetit scriptor diversis in libris, quid consequatur ad ordinem ac tempus eorum constituendum, accurate perspiciamus; aliae viae fere omnes inanes sunt atque fallaces (cf. Joelium in libro D. echte u. d. xenoph. Soc. I, 66, 1). Atque primum quidem quae inveniuntur similia in sententiis quas profert in Commentariis Socrates, Cyrus in Cyri institutione, conscribam, deinde exponam quem fructum excipiamus in ordine atque tempore utriusque operis constituendo.

Commentariorum igitur et Cyri institutionis locos inter se conferemus, tabellae loquentur.

in Comment.

Dicitur de Socrate I, 1, 9.

Τοὺς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης δαιμονᾶν ἔφη. δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν· οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη, πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον ἢ μὴ ἐπιστάμενον, ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον λαβεῖν ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας ἢ στήσαντας εἰδέναι. τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο· ἔφη δὲ δεῖν, ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ μανθάνειν, ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τᾶν θεῶν πυνθάνεσθαι.

in Cyri instit.

Verba facit Cyrus I, 6, 6.

Καὶ γὰρ οἶδά σε λέγοντα ἀεὶ ὡς οὐδὲ θέμις εἴη αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν οὔτε ἱππεύειν μὴ μαθόντας ἱππομαχοῦντας νικᾶν, οὔτε μὴ ἐπισταμένους τοξεύειν τοξεύοντας κρατεῖν τῶν ἐπισταμένων, οὔτε μὴ ἐπισταμένους κυβερνᾶν σῴζειν εὔχεσθαι ναῦς κυβερνῶντας, οὐδὲ μὴ σπείροντάς γε σῖτον εὔχεσθαι καλὸν αὐτοῖς φύεσθαι, οὐδὲ μὴ φυλαττομένους γε ἐν πολέμῳ σωτηρίαν αἰτεῖσθαι· παρὰ γὰρ τοὺς τῶν θεῶν θεσμοὺς πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι· τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους.

---

1) Maiorem probabilitatis speciem prae se ferre videntur observationes in Xenophontis libros, quas instituerunt Stahlius in annalibus supra citatis et Weberus in disputatione, cui inscripsit: Zur Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze. Beiträge zur histor. Syntax der griech. Sprache Bd. II. Heft 2 de scriptoris syntaxi. Quae observationes quamquam solae ad chronologiam constituendam non sufficiunt, tamen tempori operis cuiusdam definiendo usui esse possunt.

2) In Hermae tom. 25, pg. 181.

in Comment.

Xenophon verba facit de Socrate.

I, 1, 19.

Καὶ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι θεοὺς ἐνόμιζεν ἀνθρώπων, οὐχ ὃν τρόπον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν· οὗτοι μὲν γὰρ οἴονται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι, τὰ δ' οὐκ εἰδέναι· Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.

cf. porro I, 4, 15. *ὅταν πέμπωσιν ὥσπερ σοὶ φῂς πέμπειν αὐτούς, συμβούλους, ὅτι χρὴ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν.*

et IV, 3, 12.

Σοὶ δ' ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐοίκασιν ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι, εἴ γε μηδὲ ἐπερωτώμενοι ὑπό σου προσημαίνουσί σοι ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή.

in Cyri instit.

Dicit Cambyses pater in colloquio cum Cyro filio: I, 6, 46.

Θεοὶ δέ, ὦ παῖ, ἀεὶ ὄντες πάντα ἴσασι τά τε γεγενημένα καὶ τὰ ὄντα καί, ὅ, τι ἐξ ἑκάστου αὐτῶν ἀποβήσεται, καὶ τῶν συμβουλευομένων ἀνθρώπων οἷς ἂν ἵλεῳ ὦσιν, προσημαίνουσιν ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ οὐ χρή.

Iisdem fere verbis utitur scriptor atque in Comment. l. IV, 3, 12.

Quibus ex locis quid concludere possimus, postea exponemus.

in Comment.

Socrates depingitur I, 2, 4.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει τούς τ' ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. Τὸ μὲν οὖν ὑπερεσθίοντα ὑπερπονεῖν ἀπεδοκίμαζε, τὸ δέ, ὅσα γ' ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε· ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη.

Verba facit Xenophon, ut refutet accusatorem:

I, 2, 10.

ἐγὼ δ' οἶμαι τοὺς φρόνησιν ἀσκοῦντας καὶ νομίζοντας ἱκανοὺς ἔσεσθαι τὰ συμφέροντα διδάσκειν τοὺς πολίτας ἥκιστα γίγνεσθαι βιαίους, εἰδότας, ὅτι τῇ μὲν βίᾳ πρόσεισιν ἔχθραι καὶ κίνδυνοι, διὰ δὲ τοῦ πείθειν ἀκινδύνως τε καὶ μετὰ φιλίας ταὐτὰ γίγνεται· οἱ μὲν γὰρ βιασθέντες ὡς ἀφαιρεθέντες μισοῦσιν, οἱ δὲ πεισθέντες ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν.

Sententiam quandam proponit Xenophon.

I, 2, 19.

Ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν πολλοὶ τῶν

in Cyri instit.

Dicit Cyrus de se ipse I, 6, 17.

Πρῶτον μὲν νὴ Δία πειρῶμαι μηδέποτε ὑπερπίμπλασθαι· δύσφορον γάρ· ἔπειτα δὲ ἐκπονῶ τὰ εἰσιόντα· οὕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥ τε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν καὶ ἰσχὺς προσγενέσθαι.

Dicit Cambyses.

I, 6, 21.

.... ἐπὶ δὲ τὸ κρεῖττον τούτου πολύ, τὸ ἑκόντας πείθεσθαι, ἄλλη ἐστὶ συντομωτέρα.

Dicit Cyrus in oratione ad amicos de disciplina procerum constituenda.

VII, 5, 75.

... ἀλλὰ ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι

QUAESTIONES XENOPHONTEAE ET ANTISTHENEAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES DAHMEN
COLONIENSIS

MARPVRGI CATTORVM
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MDCCCXCVII

THEODORO BIRT

S.

I.

De Xenophontis scriptis philosophicis quaestiones chronologicae.

Longa est virorum doctorum series, qui de Xenophontis scriptorum tempore atque ordine agere instituerunt, at quot capita, tot sensus, nam mirum quantum inter se differunt. Inter nostrates vero haec extitit consuetudo, ut ex particularum quarundam praepositionumve usu librorum ordo definiretur. In aciem produxit Dittenbergerus in annalibus qui vocantur ‚Hermes' tom. XVI, pg. 331 particulam μήν, ut ex eius usurpatione Xenophontis scripta ordinaret; qua argumentatione Roquettius [1]) cum cupiditate quadam arrepta in dissertatione alias insigni nonnullas paginas explet tabellis. Item Schanzius in disputatione quae in iisdem invenitur annalibus, tom. XXI, 431 sq., imprimis 458. ex usu verborum τῷ ὄντι atque ὄντως ordinem quendam statuit, cum Stahlius in Roquetti dissertatione recensenda (philol. Anzeig. XVI, 1886 pg. 86) aliam ingressus viam optativi futuri usum respiceret. Quae observationes summa laetitia acceptae sunt a multis, multique sunt imitati Dittenbergerum, Roquettium, Stahlium. Quid omnes hoc loco numerem? quid vero consecuti sint docti illi, merito quaeras ex me. Atque tibi respondebo: Paulum. Paene omnes enim aliquantulum, in nonnullorum vero scriptorum tempore constituendo etiam plurimum inter se variant. Recte igitur Hartmanus [2]), ut est vir acer ille quidem, verumtamen iocosus, rationem illam cum illuderet, computavit ex illis tabellis: particula μήν respecta Xenophontem conscripsisse primum Cyri expeditionis librum IV et VI, deinde II et III, tum l. V, postremo l. I et VII, Socratis Commentariorum compositos esse primum librum IV, tum II et III, postremo l. I.

---

1) In dissertatione, cui inscripsit, de Xenophontis vita et scriptis a. h. s. 84 edit.

1) In anal. Xenoph. pg. 39.

De Schanzii conatu conferas, quae recte adnotat Duemmlerus (in Acad. pg. 48. 1): »Ich fürchte nicht, dass die von Schanz vorgebrachten Kriterien hiergegen geltend gemacht werden können. Sie bieten für Xenophon überhaupt viel zu kleine Zahlen, um zu Schlüssen zu berechtigen.«

Talibus sermonis observationibus modicam[1]) tantum inesse probandi vim apparet. Neque enim auctoris licentiae particularum usus est permissus, sed cum orationis genere cohaeret. Atque summo iure dicit Kaibelius[2]): Dass ich hier und im Folgenden die moderne Partikelstatistik nicht als Beweismittel benutze, dafür habe ich gute Gründe; irgend welchen Nutzen hat diese Statistik noch nicht gebracht, wohl aber in manchen Köpfen die Vorstellung erweckt, als ob durch fleissiges Zählen sich kritische Lorbeeren erringen liessen.

Hanc viam in scriptorum Xenophontis chronologia definienda statuo esse muniendam, ut ex sententiis quas ipse repetit scriptor diversis in libris, quid consequatur ad ordinem ac tempus eorum constituendum, accurate perspiciamus; aliae viae fere omnes inanes sunt atque fallaces (cf. Joelium in libro D. echte u. d. xenoph. Soc. I, 66, 1). Atque primum quidem quae inveniuntur similia in sententiis quas profert in Commentariis Socrates, Cyrus in Cyri institutione, conscribam, deinde exponam quem fructum excipiamus in ordine atque tempore utriusque operis constituendo.

Commentariorum igitur et Cyri institutionis locos inter se conferemus, tabellae loquentur.

in Comment.

Dicitur de Socrate I, 1, 9.

Τοὺς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης δαιμονᾶν ἔφη. δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν· οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη, πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον ἢ μὴ ἐπιστάμενον, ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον λαβεῖν ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας ἢ στήσαντας εἰδέναι. τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο· ἔφη δὲ δεῖν, ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ μανθάνειν, ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι.

in Cyri instit.

Verba facit Cyrus I, 6, 6.

Καὶ γὰρ οἶδά σε λέγοντα ἀεὶ ὡς οὐδὲ θέμις εἴη αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν οὔτε ἱππεύειν μὴ μαθόντας ἱππομαχοῦντας νικᾶν, οὔτε μὴ ἐπισταμένους τοξεύειν τοξεύοντας κρατεῖν τῶν ἐπισταμένων, οὔτε μὴ ἐπισταμένους κυβερνᾶν σῴζειν εὔχεσθαι ναῦς κυβερνῶντας, οὐδὲ μὴ σπείροντάς γε σῖτον εὔχεσθαι καλὸν αὐτοῖς φύεσθαι, οὐδὲ μὴ φυλαττομένους γε ἐν πολέμῳ σωτηρίαν αἰτεῖσθαι· παρὰ γὰρ τοὺς τῶν θεῶν θεσμοὺς πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι· τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους.

1) Maiorem probabilitatis speciem prae se ferre videntur observationes in Xenophontis libros, quas instituerunt Stahlius in annalibus supra citatis et Weberus in disputatione, cui inscripsit: Zur Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze. Beiträge zur histor. Syntax der griech. Sprache Bd. II. Heft 2 de scriptoris syntaxi. Quae observationes quamquam solae ad chronologiam constituendam non sufficiunt, tamen tempori operis cuiusdam definiendo usui esse possunt.

2) In Hermae tom. 25, pg. 181.

in Comment.

Xenophon verba facit de Socrate.

I, 1, 19.

Καὶ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι θεοὺς ἐνόμιζεν ἀνθρώπων, οὐχ ὃν τρόπον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν· οὗτοι μὲν γὰρ οἴονται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι, τὰ δ' οὐκ εἰδέναι· Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.

cf. porro I, 4, 15. *ὅταν πέμπωσιν ὥσπερ σοὶ φῂς πέμπειν αὐτούς, συμβούλους, ὅτι χρὴ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν.*

et IV, 3, 12.

Σοὶ δ' ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐοίκασιν ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι, εἴ γε μηδὲ ἐπερωτώμενοι ὑπό σου προσημαίνουσί σοι ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή.

in Cyri instit.

Dicit Cambyses pater in colloquio cum Cyro filio: I, 6, 46.

θεοὶ δέ, ὦ παῖ, ἀεὶ ὄντες πάντα ἴσασι τά τε γεγενημένα καὶ τὰ ὄντα καί, ὅ, τι ἐξ ἑκάστου αὐτῶν ἀποβήσεται, καὶ τῶν συμβουλευομένων ἀνθρώπων οἷς ἂν ἵλεῳ ὦσιν, προσημαίνουσιν ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ οὐ χρή.

Iisdem fere verbis utitur scriptor atque in Comment. l. IV, 3, 12.

Quibus ex locis quid concludere possimus, postea exponemus.

in Comment.

Socrates depingitur I, 2, 4.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει τούς τ' ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. Τὸ μὲν οὖν ὑπερεσθίοντα ὑπερπονεῖν ἀπεδοκίμαζε, τὸ δέ, ὅσα γ' ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε· ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη.

Verba facit Xenophon, ut refutet accusatorem:

I, 2, 10.

ἐγὼ δ' οἶμαι τοὺς φρόνησιν ἀσκοῦντας καὶ νομίζοντας ἱκανοὺς ἔσεσθαι τὰ συμφέροντα διδάσκειν τοὺς πολίτας ἥκιστα γίγνεσθαι βιαίους, εἰδότας, ὅτι τῇ μὲν βίᾳ πρόσεισιν ἔχθραι καὶ κίνδυνοι, διὰ δὲ τοῦ πείθειν ἀκινδύνως τε καὶ μετὰ φιλίας ταῦτα γίγνεται· οἱ μὲν γὰρ βιασθέντες ὡς ἀφαιρεθέντες μισοῦσιν, οἱ δὲ πεισθέντες ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν.

Sententiam quandam proponit Xenophon.

I, 2, 19.

Ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν πολλοὶ τῶν

in Cyri instit.

Dicit Cyrus de se ipse I, 6, 17.

Πρῶτον μὲν νὴ Δία πειρῶμαι μηδέποτε ὑπερπίμπλασθαι· δύσφορον γάρ· ἔπειτα δὲ ἐκπονῶ τὰ εἰσιόντα· οὕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥ τε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν καὶ ἰσχὺς προσγενέσθαι.

Dicit Cambyses.

I, 6, 21.

.... ἐπὶ δὲ τὸ κρεῖττον τούτου πολύ, τὸ ἑκόντας πείθεσθαι, ἄλλη ἐστὶ συντομωτέρα.

Dicit Cyrus in oratione ad amicos de disciplina procerum constituenda.

VII, 5, 75.

... ἀλλὰ ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι

in Comment.

φασκόντων φιλοσοφεῖν, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ὁ δίκαιος ἄδικος γένοιτο, οὐδὲ ὁ σώφρων ὑβριστής, οὐδὲ ἄλλο οὐδέν, ὧν μάθησίς ἐστιν, ὁ μαθὼν ἀνεπιστήμων ἄν ποτε γένοιτο. Ἐγὼ δὲ περὶ τούτων οὐχ οὕτω γιγνώσκω· ὁρῶ γὰρ ὥσπερ τὰ τοῦ σώματος ἔργα τοὺς μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους ποιεῖν, οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα τοὺς μὴ τὴν ψυχὴν ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους· οὔτε γὰρ ἃ δεῖ πράττειν οὔτε ὧν δεῖ ἀπέχεσθαι δύνανται.

in Cyri instit.

ἀμεληθεῖσαι μείονος ἄξιαι γίγνονται καὶ τὰ σώματά γε τὰ εὖ ἔχοντα, ὁπόταν τις αὐτὰ ἀνῇ ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν, πονήρως πάλιν ἔχει, οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκή, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται.

Rex sive is, qui civitatem administrat, cum pastore confertur.

I, 2, 32.

εἶπέ που ὁ Σωκράτης, ὅτι θαυμαστόν οἱ δοκοίη εἶναι, εἴ τις γενόμενος βοῶν ἀγέλης νομεὺς κ. τ. λ. ..... ἔτι δὲ θαυμαστότερον, εἴ τις προστάτης γενόμενος πόλεως κ. τ. λ.

VIII, 2, 14.

καὶ λόγος αὐτοῦ (Cyri) ἀπομνημονεύεται ὡς λέγοι παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ κ. τ. λ.

Adferuntur sutores, fabri, architecti.

I, 2, 37.

ἀλλὰ τῶνδέ τοί σε ἀπέχεσθαι, ἔφη, δεήσει, ὦ Σώκρατες, τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων καὶ τῶν χαλκέων.

VI, 2, 37.

ἄξω δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ στρατιωτικῇ ἡλικίᾳ σὺν τοῖς ὀργάνοις χαλκέας τε καὶ τέκτονας καὶ σκυτοτόμους.

Colloquuntur Cambyses pater et Cyrus filius de diis. Meministine fili, inquit pater, de quibus inter nos aliquando convenerit, bona tantum petenda esse a diis?

I. 3, 2 de Socrate dicitur.

καὶ εὔχετο δὲ πρὸς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι.

I, 6, 5.

Τί γὰρ ἔφη, ὦ παῖ; μέμνησαι ἐκεῖνα ἅ ποτε ἐδόκει ἡμῖν ..... οὕτως ἡμῖν ἐδόκει δεῖν καὶ αἰτεῖσθαι τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν.

Nonne Xenophon Cyri inst. locum e commentariis petere videtur? at de hac re postea.

Fame tamquam obsonio usus esse Socrates dicitur.

I, 3, 5.

σίτῳ μὲν γὰρ τοσούτῳ ἐχρῆτο ὅσον ἡδέως ἤσθιε· καὶ ἐπὶ τοῦτο οὕτω παρεσκευασμένος ᾔει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι.

Cyrus praedicat in oratione ad mille duces exercitus sui habita:

I, 5, 12.

λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆθε.

Colloquitur cum Xenophonte Socrates de pulchrorum consuetudine, quam sit periculosa suadetque Xeno-

Item in Cyri institutione Cyrus disputat de amore cum Araspa, cui Pantheam et forma et virtute excel-

in Comment.	in Cyri instit.
phonti, ut ubi pulchrum viderit, extemplo fugiat.	lentem mulierem custodiendam commiserat consulitque ei, ne oculos formosis diutius immorari sinat.
I, 3, 13.	V, 1, 16.
Ὦ μῶρε, ἔφη ὁ Σωκράτης, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐπιέναι τι, ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον [ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται] ἐνίησί τι καὶ πάνυ πρόσωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ... ἀλλὰ συμβουλεύω σοι, ὦ Ξενοφῶν, ὁπόταν ἴδῃς τινὰ καλόν, φεύγειν προτροπάδην.	*....... καὶ πυρὸς γάρ τοι ἔστι θιγόντα μὴ εὐθὺς κάεσθαι καὶ τὰ ξύλα οὐκ εὐθὺς ἀναλάμπει· ὅμως δὲ ἔγωγε οὔτε πυρὸς ἑκὼν εἶναι ἅπτομαι, οὔτε τοὺς καλοὺς εἰσορῶ. οὐδέ γε σοὶ συμβουλεύω, ἔφη, ὦ Ἀράσπα, ἐν τοῖς καλοῖς ἐᾶν τὴν ὄψιν ἐνδιατρίβειν· ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους κάει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι.*

Commentariorum locum ex Cyri institutione interpolatum esse viri docti sicut Breitenbachius (i. edit. comment. append. critic. pg. 256) censent. num merito sic coniecerint, postea explanabo.

Disputatur de anima:	
I, 4, 9.	VIII, 7, 17.
οὐδὲ γὰρ τὴν σαυτοῦ σύγε ψυχὴν ὁρᾷς, ἣ τοῦ σώματος κυρία ἐστίν.	*....... οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε κ. τ. λ.*
Deorum omnipotentia praedicatur:	
I, 4, 18.	VIII, 7, 22.
... γνώσῃ τὸ θεῖον ὅτι τοσοῦτον καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥσθ' ἅμα πάντα ὁρᾶν καὶ πάντα ἀκούειν καὶ πανταχοῦ παρεῖναι καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι.	*...... ἀλλὰ θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας καὶ πάντ' ἐφορῶντας καὶ πάντα δυναμένους κ. τ. λ.*
Virtutum fundamentum apud Xenophontem temperantia est; cf.	
I, 5, 1. I, 5, 4.	I, 2, 8. VIII, 1, 32.
Socrates in colloquio cum Antiphonte sophista non in luxu aut magnificentia positam esse vitam beatam praedicat, sed ut quisque paucissimis indigeat, ita proxime ad divinitatem accedere.	Pheraulas, Cyri familiaris, cum homine plebeio e Saccis colloquitur de divitiarum pretio et idem profert atque Socrates in commentariis.
I, 6, 10.	VIII, 3, 40.

Percenseamus nunc Commentariorum librum secundum atque cum Cyri institutione conferamus.

Atque primum quidem locum proponam satis memorabilem.

in Comment.

Verba facit Aristippus philosophus:

II, 1, 8.

.... *καὶ γὰρ πάνυ μοι δοκεῖ ἄφρονος ἀνθρώπου εἶναι τὸ μεγάλου ἔργου ὄντος τοῦ ἑαυτῷ τὰ δέοντα παρασκευάζειν, μὴ ἀρκεῖν τοῦτο ἀλλὰ προσαναθέσθαι τὸ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις ὧν δέονται πορίζειν· καὶ ἑαυτῷ μὲν πολλὰ ὧν βούλεται ἐλλείπειν, τῆς δὲ πόλεως προεστῶτα, ἐὰν μὴ πάντα, ὅσα ἡ πόλις βούλεται, καταπράττῃ, τούτου δίκην ὑπέχειν, τοῦτο πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη ἐστί;*

in Cyri instit.

Colloquitur Cambyses cum Cyro:

I, 6, 7.

..... *ἐκείνων δέ, ὦ παῖ, ἐπελάθου ἅ ποτε ἐγὼ καὶ σὺ ἐλογιζόμεθα ὡς ἱκανὸν εἴη καὶ καλὸν ἀνδρὶ ἔργον, εἴ τις δύναιτο ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἂν αὐτός τε καλὸς κἀγαθὸς δοκίμως γένοιτο καὶ τἀπιτήδεια αὐτός τε καὶ οἱ οἰκέται ἱκανῶς ἔχοιεν; τὸ δέ, τούτου μεγάλου ἔργου ὄντος, οὕτως ἐπίστασθαι ἀνθρώπων ἄλλων προστατεύειν, ὅπως ἕξουσι πάντα τἀπιτήδεια ἔκπλεω, καὶ ὅπως ἔσονται πάντες οἵους δεῖ, τοῦτο θαυμαστὸν δήπου ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι.*

Prodici, clari illius sophistae, de Hercule fabula, cui haec condicio proposita est, ut aut eligat improbitatem per voluptates procedentem aut virtutem per ardua ducentem (cf. comment. l. II, 1, 20 sq.) in Cyri quoque institutione significatur:

Cyri inst. l. II, 2, 24.

ἡ γὰρ πονηρία διὰ τῶν παραυτίκα ἡδονῶν πορευομένη ταύτας ἔχει συμπειθούσας πολλοὺς αὐτῇ ὁμογνωμονεῖν. ἡ δ᾽ ἀρετὴ πρὸς ὄρθιον ἄγουσα οὐ πάνυ δεινή ἐστιν ἐν τῷ παραυτίκα εἰκῇ συνεπισπᾶσθαι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἄλλοι ὦσιν ἐπὶ τὸ πρανὲς καὶ τὸ μαλακὸν ἀντιπαρακαλοῦντες.

Haud dubie hoc loco alludit Xenophon ad Hesiodi versus (op. et dier. 287 sq.) qui in Commentariis quoque (I, 1. 20) citantur.|

in Comment.

Bona et omnino beatitudinem si vis assequi, colendi sunt dei.

II, 1, 28.

..... *ἀλλ᾽ εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς.*

in Cyri instit.

VIII, 1, 24.

.... *καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, νομίζοντες καὶ αὐτοὶ εὐδαιμονέστεροι ἔσεσθαι, ἢν θεραπεύωσι τοὺς θεούς.*

Nullum vitium gravius esse ad impugnandum praedicat Xenophon quam ingratum animum. Non sine ironia quadam hac in re laudibus effert Persas perstrictis Atheniensium rebus.

II, 2, 13.

ἡ πόλις (scil. *τῶν Ἀθηναίων*) *ἄλλης μὲν ἀχαριστίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται οὐδὲ δικάζει.*

I, 2. 7.

δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλοις μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας.

Eos amicissimos esse necesse est, qui eodem semine prognati in eadem domo creverint, ab iisdem parentibus diligantur.

in Comment.	in Cyri instit.
II, 3, 4.	II, 1, 28.
.... καὶ μὴν πρὸς φιλίαν μέγα μὲν ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φῦναι, μέγα δὲ ὁμοῦ τραφῆναι, ἐπεὶ καὶ τοῖς θηρίοις πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων. cf. praeterea Cyri inst. VIII, 7, 15.	ἐδόκουν δὲ ὠφελεῖσθαι αὐτῷ ὁμοῦ τρεφόμενοι καὶ πρὸς τὸ ἧττον ἀλλήλους ἐθέλειν ἀπολείπειν, ὅτι ἑώρα καὶ τὰ θηρία τὰ συντρεφόμενα δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων.

Pro certo affirmaverim Cyri instit. locum e Commentariis depromptum esse, sed de hac quaestione postea.

Senum laudatur dignitas:	Dicit Cyrus:
II, 3, 16.	VIII, 7, 10.
Πῶς; ἔφη ὁ Σωκράτης· οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται καὶ καθήμενον ὑπαναστῆναι καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι καὶ λόγων ὑπεῖξαι;	ἐπαιδεύθην δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις οὐ μόνον ἀδελφοῖς ἀλλὰ καὶ πολίταις καὶ ὁδῶν καὶ θάκων καὶ λόγων ὑπείκειν κ. τ. λ.
	Socrates in comment. l. II c. 4 eodem modo de amicitia disputat quo Cyrus moriens in oratione ad filios atque amicos.
II, 4, 1 sq.	VIII, 7, 13 sq.
	Quomodo sese gerere debeat aliquis adversus amicos, explanat Xenophon:
II, 6, 35.	I, 4, 25.
...καὶ ὅτι ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι νικᾶν τοὺς φίλους εὖ ποιοῦντα, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς.	... ἐλπίδας ἔχων (ὁ Ἀστυάγης) μεγάλας ἐν αὐτῷ (scil. τῷ Κύρῳ) ἄνδρα ἔσεσθαι ἱκανὸν καὶ φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς ἀνιᾶν.

Brevissima et tutissima et pulcherrima ad amicitiam via est haec, ut, qualem te ab amico haberi cupias, talis revera esse coneris.

II, 6, 39.	1, 6, 22.
... ἀλλά συντομωτάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδός, ὦ Κριτόβουλε, ὅ τι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι.	..... οὐκ ἔστιν ἔφη, ὦ παῖ, συντομωτέρα ὁδός, περὶ ὧν βούλει δοκεῖν φρόνιμος εἶναι, ἢ τὸ γενέσθαι περὶ τούτων φρόνιμον.

Nunc merito quaeras ex me, quem fructum percipiamus ex duorum illorum Xenophontis operum comparatione. Multos enim proposuimus locos, ubi in commentariis Socrates easdem explicat sententias, quas Cambyses pater vel Cyrus filius in Cyri institutione atque te intellexisse existimo Socratem Cambysem Cyrum non esse diversos nisi nominibus, sententiarum miram prorsus esse similitu-

dinem. Socratisne fuerunt sententiae, quas profert Xenophon? [1]) Quam quaestionem in praesens non diudicabo, alteram afferam, utrum Xenophon commentarios prius scripserit an Cyri institutionem. Plerique, quantum video, viri docti commentarios ante Cyri institutionem compositos esse censent, at quattuor illos Memorabilium libros, quales nunc numerantur, uno tenore non scriptos esse a Xenophonte, sed paulatim per quaternos gradus ad corpus accrevisse nuper egregie exposuit Birtius in disputatione, cui inscripsit ‚de Commentariorum Socraticorum compositione' (in ind. lect. acad. Marb. s. aest. 1893). Qui merito laudem tulit virorum doctorum. Xenophon enim reversus ex Asia anno 394, cum de Socrate certamen inter litteratos ortum videret, postquam pro sua quoque parte magistri memoriam pie colere constituit, primum nihil nisi *ἀπολογίαν Σωκράτους* condidit, ut refutaret accusationem demonstrativam Polycratis sophistae circa annum 393 editam [2]), eaque integra extat servata in initio l. I Memorabilium, continet eius libri caput I et II; contra spurius est libellus separatim traditus ille, qui Apologia inscribi solet, de quo nunc Wilamowitzius in Hermae t. 32 videndus est. Quae Memor. pars I haud multo post annum 393 edita est [3]) atque ut coniecerim Megaris teste usus XXII Socraticorum epistula. Quodsi Bentleius epistulas Socraticas subditivas esse evicit [4]), tamen nescio quid habet verisimile. Xenophon enim cum post pugnam apud Coroneam factam Agesilaum secutus (exeunte mense Augusto a. 394) in Peloponnesum sese conferret, quod Athenarum aditus exsuli non patebat, in itinere Megaris deversatus est ibique aliquamdiu degit, ubi accuratius disquirere posset de Socratis obitu; nam aderat hac in urbe Euclides [5]), qui sub magistri mortem in fidelissimorum discipulorum corona fuerat; cf. Plat. Phaed. p. 59^{c}, et fortasse alii quoque Socratici, in iis Antisthenes, ibi versabantur.

Hic consilium cepit et perfecit Xenophon defendendi Socratis ab accusatione Polycratis; Athenis enim non scriptam esse Commentariorum partem I vel ex ea ratione qua Athenienses

---

1) Talem singulorum scriptorum Xenophontis comparationem summi esse momenti ad hanc controversiam disceptandam praedicat Joelius pg. 65 sq. Rectissimam porro sententiam tulit Birtius in commentatione ‚de Socratis Comment. compos.' pg. XXII: si enim comprobari possit Cyropaediam ante quartum librum vel adeo ante tertium Memorabilium esse conditam, quoniam eaedem saepenumero sententiae et in his leguntur et in Cyropaedia, has quidem sententias ipsas Xenophontis proprias fuisse neque sine summo erroris periculo ad Socratem posse referri etiam maiore cum fiducia contendere licebit.

2) cf. Favor. apud Laert. Diog. II, 39.

3) cf. G. Teichmueller in libro cui inscripsit ‚literarische Fehden im 4. Jahrh. v. Chr.' I, pg. 86 adnot.

4) Phalarid. epistul. in opusc. pg 54.

5) Quod Euclidis apud Xenophontem nusquam mentio fit, non multum refert, quia ille a Platonis, Xenophontis inimici, partibus postea stetit.

ipsos memorat (I, 1, 1; 1, 20), colligi potest (Birt pg. VI). At rerum iniquitate impeditus maioris ambitus opus conscribere tum nequivit Xenophon, quod rursus abreptus est in belli tempestates; nam usque ad pacem anno 387 ictam certe circa Agesilaum fuit[1]). Deinde Scillunte tandem otium nactus est et animi tranquillitatem, ut dicta factaque magistri, quae usque eo celeriter in chartam coniecerat, amplificaret atque augeret eandem dispositionem secutus atque in priore parte; continet sectio illa ex Birtii sententia l. I cp. 3 usque ad l. II finem; ad aemulationem autem maxime dialogorum Socraticorum exempla eum adlicuere, qualia Platonem, Aeschinem, Antisthenem sive edere sive moliri videbat. Tum in scriptorum quae dicuntur philosophicorum serie Commentariorum libro II edito Xenophon composuit Cyri institutionem. Quod equidem compertum habeo.

Multos iam proposuimus locos, ubi iisdem fere verbis utitur scriptor in Commentariis atque in Cyri institutione; sunt quos etiam hoc loco exprimam:

in Comment.
I, 7, 1 sq.

Optimam inclarescendi viam esse eam exponit, ut, in qua re quis excellens videri velit, in ea re vera bonus fiat.

... *ἀεὶ γὰρ ἔλεγεν, ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίᾳ, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, ὃ καὶ δοκεῖν βούλοιτο. Ὅτι δ' ἀληθῆ ἔλεγεν, ὧδε ἐδίδασκεν· Ἐνθυμώμεθα γάρ, ἔφη, εἴ τις μὴ ὢν ἀγαθὸς αὐλητὴς δοκεῖν βούλοιτο, τί ἂν αὐτῷ ποιητέον εἴη; ἆρ' οὐ τὰ ἔξω τῆς τέχνης μιμητέον τοὺς ἀγαθοὺς αὐλητάς; καὶ πρῶτον μὲν ὅτι ἐκεῖνοι σκεύη τε καλὰ κέκτηνται καὶ ἀκολούθους πολλοὺς περιάγονται, καὶ τούτῳ ταῦτα ποιητέον· ἔπειτα, ὅτι ἐκείνους πολλοὶ ἐπαινοῦσι, καὶ τούτῳ πολλοὺς ἐπαινέτας παρασκευαστέον. ἀλλὰ μὴν ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον, ἢ εὐθὺς ἐλεγχθήσεται γελοῖος ὤν, καὶ οὐ μόνον αὐλητὴς κακός, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἀλαζών.*

in Cyri instit.
I, 6, 22.

... *οὐκ ἔστιν ἔφη, ὦ παῖ, συντομωτέρα ὁδὸς ⟨ἐπὶ τὸ⟩ περὶ ὧν βούλει, δοκεῖν φρόνιμος εἶναι ἢ τὸ γενέσθαι περὶ τούτων φρόνιμον. καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶν γνώσει, ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω. ἢν γὰρ βούλῃ μὴ ὢν ἀγαθὸς γεωργὸς δοκεῖν εἶναι ἀγαθός, ἢ ἱππεὺς ἢ ἰατρὸς ἢ αὐλητὴς ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ἐννόει, πόσα σε δέοι ἂν μηχανᾶσθαι τοῦ δοκεῖν ἕνεκα. καὶ εἰ δὴ πείσαις ἐπαινεῖν τέ σε πολλούς, ὅπως δόξαν λάβοις, καὶ κατασκευὰς καλὰς ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν κτήσαιο, ἄρτι τε ἐξηπατηκὼς εἴης ἂν καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος ἂν προσέτι καὶ ἀλαζὼν φαίνοιο.*

Duobus illis exemplis inter se comparatis Cyri institutionis locum post Commentariorum l. I scriptum esse quis infitiabitur? Atque primum quidem admirabile est, quod utrobique sermo eadem ratione inducitur, *ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω;* eadem enim fere verba scriptor bis usurpat, sed cum in Commentariis tibicen solus proferatur exemplar,

---

1) cf. O. Roquette, de Xenoph. vita et scriptis, pg. 21.

adduntur in Cyri institutione et medicus et agricola et eques; adduntur autem propterea, ni fallor, quia ad regis filium educandum magis aptum videbatur agricolae et equitis exemplum quam tibicinis. Memorabilium vero locum ante Cyropaediam esse scriptum vel inde elucet, quod id, quod quaerendum proponitur, illo *ἀεὶ ἔλεγεν* introducitur, notissima igitur Socratis sententia depingitur, cum in Cyri institutione aliquid novi esse illud praedicetur. Neque vero alia argumenta mihi desunt: digitum quaeso ponas in vocabulo *ἀγαθὸς* in initio § 2 c. 7 Memorabilium, cui in Cyropaedia *φρόνιμος* respondet, in deliciis vero fuisse notionem *φρόνιμος* apud Cynicos testes sunt Arist Eth. Nicom. 1141 b[8], Antisth. dial. *Ἡρακλῆς ἢ περὶ φρονήσεως* et multi alii Ant. loci (cf. praeterea Duemmleri Acad. 247). Quo enim tempore Xenophon Cyropaediam componere instituit, Antisthenis doctrina plus apud eum valebat.

Conferamus praeterea Comment. II, 3, 4 cum Cyri instit. II, 1, 28, supra pg. 7. Agitur de fraterna concordia; atque primum mutuum fratribus insitum esse amorem exponit Socrates, quae res etiam bestiarum exemplo comprobatur. Primo vero obtuitu clarum fit Xenophontem ea, quae prius in Commentariis dixit, in Cyri institutione iisdem fere verbis amplificasse.

At maioris momenti locum pertractemus: nonnullis enim in capitibus Cyri institutionis Xenophon memoriam resuscitare videtur Commentariorum l. I et II. Colloquuntur Cambyses et Cyrus filius de diis in Cyrop. I, 6, 6; quem locum iam prius exhibui (pg. 3). Quocum compares quaeso quae de Socrate dicuntur in Comment. I, 3, 2 et I, 1, 9. In Cyri memoriam revocat pater colloquium iamiam prius habitum. Cum vero in prioribus capitibus nihil inveniatur, quod attineat ad illud colloquium, contra eadem res pertractatur in Commentariorum quae supra citavi capitibus. Rursus hos locos afferam:

in Comment. I, 1, 9.

δαιμοᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν — οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον ἢ μὴ ἐπιστάμενον, ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον λαβεῖν ἢ μὴ ἐπιστάμενον ..... τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο· ἔφη δὲ δεῖν, ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ μανθάνειν, ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί, πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι· τοὺς θεοὺς γὰρ οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ, σημαίνειν.

in Cyri instit. I, 6, 6.

Ναὶ μὰ Δί᾽, ἔφη ὁ Κῦρος, μέμνημαι μέντοι τοιαῦτα ἀκούσας σου .... καὶ γὰρ οἶδά σε λέγοντα ἀεί, ὡς οὐδὲ θέμις εἴη αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν οὔτε ἱππεύειν μὴ μαθόντας ἱππομαχοῦντας νικᾶν οὔτε μὴ ἐπιστάμενον τοξεύειν τοξεύοντας κρατεῖν τῶν ἐπισταμένων οὔτε μὴ ἐπισταμένους κυβερνᾶν σῴζειν εὔχεσθαι ναῦς κυβερνῶντας ...... παρὰ γὰρ τοὺς τῶν θεῶν θεσμοὺς πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι· τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν.

I, 6, 46. *θεοὶ ..... οἷς ἂν ἵλεῳ ὦσι, προσημαίνουσιν, ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ οὐ χρή.*

Agedum vide, quam similis sit et verbis et sententia uterque locus; sed cum in Comment. illud ἡνιοχεῖν respondeat voci ἱππεύειν in Cyrop., illud κυβερνᾶν respondeat voci κυβερνᾶν, contra addit scriptor in Cyropaedia τοξεύειν, ut Persarum morem designet (cf. Cyrop. I, 2, 8. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν). Memoratu porro dignum est vocabulum ἡνιοχεῖν in Cyri institutione mutatum esse in ἱππεύειν, quia nobilis quidam Persa eiusque filius colloquuntur, qui certe aurigae munere non fungebantur. Quibus omnibus respectis nemo dubitabit, quin Xenophonti in Cyropaedia Commentariorum locus obversatus sit.

Ultima vero paragraphi illius verba (Mem. I, 1, 9) scriptorem in Cyri institutione usurpasse atque amplificasse non est cur pluribus disseram.

Alium vero exprimam locum certe memorabilem, quem iam antea exhibui (pg. 6). Dicit enim Xenophon in Commentariorum l. II, 2, 13 de Atheniensium civitate: ἡ πόλις ἄλλης μὲν ἀχαριστίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται οὐδὲ δικάζει. Nonne ad illum locum videtur alludere scriptor, cum in Cyrop. I, 2, 8 praedicat: δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλοις μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας? Verba δὲ καὶ nimirum exprimunt exaggerationem, itaque quod in Memorabilibus deesse Athenis dixerat, id ipsum apud Persas non desiderari scriptor memorat.

Iure ergo concludere nobis licet Commentariorum l. I et II ante Cyri institutionem esse scriptos.

Sed pergamus nunc ad considerandas sententias, quae eaedem leguntur in Commentariorum libro tertio atque in Cyri institutione.

Commune quid habent l. III c. 1—7; colloquia enim, quae septem his capitibus narrantur, ad ducis militum magistratusque officia pertinent. Atque primum quidem reputetur, quod in cpp. III, 1 sq. de rebus militaribus, tacticis exponitur, id ad Socratem revera minime pertinuisse, contra talia aptissime legi in Cyropaedia; itaque verisimile videri potest haec postmodo novo sumpto exordio in Memorabilia illata esse a Xenophonte, postquam libris I et II Socratis doctrinam moralem fere exhausit. Continet enim liber III ‚supplementa'.

In initio vero libri III artem exercitum ordinandi et aciem instruendi praeclaram illam quidem esse et utilem explicatur; sed in hac sola arte non esse acquiescendum; multis enim aliis iisque multo maioribus vel artis praesidiis, vel animi, ingenii facultatibus instructum esse debere eum, qui boni ducis officia rite explere velit (I, 1). Magister autem quidam rei militaris nihil aliud docuit nisi aciei instruendae artem:

in Cyri instit.
I, 6, 14.

Dicitur enim de magistro quodam rei militaris:
ὡς δέ μοι καταφανὲς ἐποίησας, ὅτι μικρόν τι μέρος εἴη στρατηγίας τὰ τακτικά.

in Comment.
III, 1, 6.

.... τὰ γὰρ τακτικὰ ἔμεγε καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐδίδαξεν· ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Σωκράτης, τοῦτό γε πολλοστὸν μέρος ἐστὶ στρατηγίας.

Conferas quaeso, quod de hoc loco infra dicam; hic vero id unum notatum volo: in Memorabilibus utitur Xenophon lecto verbo ‚πολλοστός', quod imprimis oratores ut Lysias 14, 29, 14, 46, Isocrates 1, 34 nec non Plato Phil. 44e videntur usurpavisse.

Cambyses quoque accuratius depingit qualem esse necesse sit bonum imperatorem, atque eadem postulat quae Socrates in Commentariis.

I, 6, 14.

..... τί εἴη ὄφελος στρατιᾷ τακτικῶν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων; .... τί δ' ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τὰς ηὑρημένας εἰς πόλεμον τέχνας, cf. praet. I, 6, 10, 12. I, 6, 10. μηδέποτε ἀναμένειν τὸ πορίζεσθαι τἀπιτήδεια.

Boni imperatoris virtutes postulantur:

III, 1, 6.

καὶ γὰρ παρασκευαστικὸν τῶν εἰς τὸν πόλεμον τὸν στρατηγὸν εἶναι χρή, καὶ ποριστικὸν τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατιώταις καὶ ἀγχίνουν

I, 6, 24. I, 6, 25.

λέγεις σύ, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς καὶ καρτερώτερον δεῖ πρὸς πάντα τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων εἶναι.

καὶ μηχανικὸν καὶ ἐργαστικὸν καὶ ἐπιμελῆ καὶ καρτερικόν

I, 6, 27.

ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα τοῦτο ποιήσειν καὶ ἐπίβουλον εἶναι καὶ κρυψίνουν καὶ δολερὸν καὶ ἀπατεῶνα καὶ κλέπτην καὶ ἅρπαγα καὶ ἐν παντὶ πλεονέκτην τῶν πολεμίων.

καὶ φιλόφρονά τε καὶ ὠμόν, καὶ ἁπλοῦν τε καὶ ἐπίβουλον, καὶ φυλακτικόν τε καὶ κλέπτην, καὶ προετικὸν καὶ ἅρπαγα, καὶ φιλόδωρον καὶ πλεονέκτην, καὶ ἀσφαλῆ καὶ ἐπιθετικόν, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ φύσει καὶ ἐπιστήμῃ δεῖ τὸν εὖ στρατηγήσοντα ἔχειν.

Videas quaeso non solum sententiae, sed etiam verborum similitudinem; merito nunc quaeres ex me, utrum locum prius esse scriptum existimem.

Atque primum quidem manifestum videtur esse Xenophontem in Commentariis complexum esse ea, quae effuse in Cyri institutione exposuerat. At Krohnius meas agat partes. In libello enim, cui inscripsit, ‚Sokrates und Xenophon' de loco Commentariorum supra citato haec verba facit (pg. 142): »Der Verfasser des Kapitels (nimirum venatur ille interpolatorem) hat die Glocken läuten hören; er geht von der Notwendigkeit der Lehre auch für die strategische Bildung aus, aber hält sie mit der Theorie erschöpft. Nach Sokrates würde diese Lehre nur von dem mitgeteilt werden können,

der die Schule des *μανθάνειν* und *μελετᾶν* absolviert hat, der das Rechte zu reden und auch auszuführen weiss. Mit diesem zweifachen Zeugnis hätte sich ein militärischer Theoretiker bei ihm rechtfertigen müssen. Und was konnte ein Sophist davon bewähren? Warum widerlegt ihn Sokrates durch das Medium eines pädagogisch verunglückten Jüngers, statt diesem selbst die Wahrheit zu sagen? Der Grund ist einfach; der taktische *σοφιστής* der Cyropädie war das Vorbild, und auch dieser wird indirekt widerlegt.«

Memorabilium locum imitationem tantum esse Cyropaediae vel eo intellegitur, quod Cyropaediae loci simplices sunt et sententiarum nexu et sermone, contra Memorabilium magis expoliti sunt; conferas modo verba contrarie relata: *καὶ ἁπλοῦν τε καὶ επίβουλον, καὶ φιλόδωρον καὶ πλεονέκτην* etc.

Sed plane deprehendimus Xenophontem Cyropaediae imitatorem in eo, quod sequitur

in Cyri instit. VI, 3, 25.	in Comment. III, 1, 7.
ὥσπερ γὰρ οἰκίας οὔτε ἄνευ λιθολογήματος ὀχυροῦ οὔτε ἄνευ τῶν στέγην ποιούντων οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ φάλαγγος οὔτ᾽ ἄνευ τῶν πρώτων οὔτ᾽ ἄνευ τῶν τελευταίων, εἰ μὴ ἀγαθοὶ ἔσονται, ὄφελος οὐδέν.	*πολὺ γὰρ διαφέρει στράτευμα τεταγμένον ἀτάκτου, ὥσπερ λίθοι καὶ ξύλα καὶ κέραμος ἀτάκτως ἐρριμμένα οὐδὲν χρήσιμά ἐστιν, ἐπειδὰν δὲ ταχθῇ κάτω μὲν καὶ ἐπιπολῆς τὰ μήτε σηπόμενα, οἵ τε λίθοι καὶ ὁ κέραμος, ἐν μέσῳ δὲ αἵ τε πλίνθοι καὶ τὰ ξύλα, ὥσπερ ἐν οἰκοδομίᾳ συντίθενται, τότε γίγνεται πολλοῦ ἄξιον κτῆμα οἰκία.*

Etiam hic locus Memorabilium explicatior est et magis elaboratus. Quae ad hunc locum adnotat Krohnius (pg. 144), utique recta sunt, modo ne omnia attribuerit falsario.

Sed pergamus comparemusque Commentariorum locos quosdam cum Cyri institutione.

in Cyri instit. VII, 5, 5.	in Comment. III, 1, 8.
. . . ἀναπτυχθείσης δ᾽ οὕτω τῆς φάλαγγος ἀνάγκη τοὺς πρώτους ἀρίστους εἶναι καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς κακίστους τετάχθαι.	*Ἀλλὰ πάνυ, ἔφη ὁ νεανίσκος, ὅμοιον, ὦ Σώπρατες, εἴρηκας· καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ πρώτους τοὺς ἀρίστους δεῖ τάττειν καὶ τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς χειρίστους, ἵνα ὑπὸ τῶν μὲν ἄγωνται, ὑπὸ δὲ τῶν ὠθῶνται.*

Itaque quae in Cyropaedia dispersa leguntur, in Memorabilium l. III cp. 1 in unum collegit Xenophon.

	Similia esse praedicatur et boni pastoris et regis boni officia.
VIII, 2, 14.	III, 2, 1.

in Cyri instit.	in Comment.
I, 6. 8.	Quae regi creato facienda sint, exprimuntur. III, 2, 3.
III, 1, 20. καὶ ἡ τοιαύτη ἧττα σωφρονίζειν ἱκανὴ εἶναι ἀνθρώπους, τὸ γνῶναι ἄλλους ἑαυτῶν βελτίονας ὄντας. (Paululum huius loci sententia differt a Commentariis.)	Optimo cuique homines maxime oboedire velle explicatur. III, 3, 9. ἐν παντὶ πράγματι οἱ ἄνθρωποι τούτοις μάλιστα ἐθέλουσι πείθεσθαι, οὓς ἂν ἡγῶνται βελτίστους εἶναι.
I, 6, 18. Τοῦτο γὰρ ποιήσας σάφ' ἴσθι, ὥσπερ χοροὺς τὰς τάξεις ἀεὶ τὰ προσήκοντα μελετώσας θεάσει.	Exercitus instructus cum choro comparatur. III, 4, 3. Μὰ Δί', ἔφη ὁ Νικομαχίδης, ἀλλ' οὐδὲν ὅμοιόν ἐστι χοροῦ τε καὶ στρατεύματος προεστάναι; Καὶ μήν, ἔφη ὁ Σωκράτης. In Commentariis materies uberius explicatur.
I, 6, 20. .... τὸ τὸν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾶν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν τε καὶ κολάζειν.	Ducis esse dicitur et bonos laudare et punire malos. III, 4, 8. Καὶ μὴν καὶ τὸ τοὺς κακίστους κολάζειν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν ἀμφοτέροις οἶμαι προσήκειν. Quod in Cyropaedia de solo duce dicitur, transfertur in Commentariis etiam in oeconomicum.
I, 6, 8. ἐγὼ δὲ οἶμαι, ἔφη, τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν καὶ φιλοπονεῖν.	Item in eo, quod sequitur III, 4, 9. οὐκοῦν καὶ ἐπιμελεῖς καὶ φιλοπόνους ἀμφοτέρους εἶναι προσήκει περὶ τὰ αὑτῶν ἔργα.
VIII, 1, 2.	Concordes esse cives decere praedicatur. III, 5, 16.

Non esse difficile hominibus imperare exponit Xenophon, dum regantur cum sapientia, quod Cyri exemplo comprobatur. Nonne illius regis memoriam resuscitare videtur Socrates, cum idem fere in Commentariis dicit?

in Cyri instit.	in Comment.
I, 1, 3. μὴ οὔτε τῶν ἀδυνάτων οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ᾖ τὸ ἀνθρώπων ἄρχειν, ἤν τις ἐπισταμένως τοῦτο πράττῃ.	III, 9, 10. βασιλεῖς δὲ καὶ ἄρχοντας οὐ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας ἔφη εἶναι οὐδὲ τοὺς ὑπὸ τῶν τυχόντων αἱρεθέντας .... ἀλλὰ τοὺς ἐπισταμένους ἄρχειν.

Definitio illa boni regis inter eas locum obtinet, quas postea Memorabilibus inseruisse Xenophontem admodum probabile videtur; optime autem in ea cadit, quae in Cyropaedia disputantur, hoc enim libro *εἰκὼν ἀγαθοῦ βασιλέως* depingitur.

Unum locum premere volo satis memorabilem; venationem enim iisdem verbis depingit Xenophon in Cyropaedia atque in Commentariis.

in Cyri instit.

I, 6, 40.

πρὸς δ᾽ αὖ τὸν λαγῶ, ὅτι μὲν ἐν τῷ σκότει νέμεται, τὴν δ᾽ ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κύνας ἔτρεφες, αἳ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνηύρισκον.

in Comment.

Socrates colloquitur cum Theodota meretrice.

III, 11, 8.

.... ὅτι μὲν γὰρ τῆς νυκτὸς νέμονται, κύνας νυκτερευτικὰς πορισάμενοι, ταύταις αὐτοὺς θηρῶσιν· ὅτι δὲ μεθ᾽ ἡμέραν ἀποδιδράσκουσιν, ἄλλας κτῶνται κύνας, αἵτινες .... τῇ ὀσμῇ αἰσθανόμεναι εὑρίσκουσιν αὐτούς.

Venatio quasi praeludium ad bellum ipsum est; multo melius igitur quadrat illa in Cyropaediae sententiarum circulum, quam in Commentariorum, ubi exemplum adfertur de meretrice tanquam venatrice.

Quamobrem equidem Commentariorum locum post Cyropaediam scriptum esse censeo. Habeo vero, quo corroborem coniecturam meam. Quam enim simpliciter procedunt omnia in Cyropaedia! in Commentariis autem rursus in eo est auctor ut et rem et verba adaugeat; conferas modo haec:

in Cyrop. *αἳ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνηύρισκον.*

in Memor. *αἵτινες, ᾗ ἂν ἐκ τῆς νομῆς εἰς τὴν εὐνὴν ἀπέλθωσιν, τῇ ὀσμῇ αἰσθανόμεναι εὑρίσκουσιν αὐτούς.*

in Cyrop. *ὅτι δὲ ταχὺ ἔφευγεν, ἐπεὶ εὑρεθείη, ἄλλας κύνας εἶχες κ. τ. λ.*

in Mem. *ὅτι δὲ ποδώκεις εἰσίν, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ τρέχοντες ἀποφεύγειν, ἄλλας αὖ κύνας ταχείας παρασκευάζονται.*

Et omnino in Memorabilibus Xenophon sententias et locos subtiliore cura excolit, quod et supra observatum est.

Quibus causis adductus Xenophontem Cyropaediae locum scripsisse ante Commentariorum librum III contenderim.

Sed pergamus. Amicos non per vim, sed per benevolentiam esse parandos exponitur

in Cyri instit.

VIII, 7, 14.

ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν (scil. *τῶν πιστῶν φίλων*) *ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ,*

in Comment.

III, 11, 11.

καὶ γὰρ δὴ βίᾳ μὲν οὔτ᾽ ἂν ἕλοις οὔτε κατάσχοις φίλον, εὐ-

in Cyri instit.	in Comment.
ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ.	εργεσίᾳ δὲ καὶ ἡδονῇ τὸ θηρίον τοῦτο ἁλώσιμον καὶ παραμόνιμόν ἐστιν.

Hic quoque Memorabilium locus explicatior est atque magis expolitus quam in Cyropaedia. Praeterea animadvertas quaeso illud *τὸ θηρίον* dictum pro amico; id qua de causa intulerit scriptor, ex § 6 explicatur. Nonne hac voce posita Cynicorum usum videtur usurpare Xenophon? cf. H. Weber, de Senecae philosophi dicendi genere Bioneo, diss. Marpurg. a. h. s. 95 edit. pg. 8 sqq.

Transeamus ad Commentariorum librum quartum.

Liber quartus hoc habet peculiare quod uno capite excepto quo Hippiam refellit (c. 4) solo cum Euthydemo Socrates colloquitur et certam quandam viam disputandi ingreditur. Agit enim Xenophon de arte, qua adulescentes sensim ad altiora ducere, institutionis necessitatem demonstrare, ad cognitionem sui, ad pietatem erga deos, iustitiam, temperantiam instigare, artem disserendi docere, de diversis artibus et disciplinis iudicare solitus fuerit Socrates. Liceat igitur eam ob rem librum illum ‚*περὶ παιδείας*' nominare et haud scio an sub eo nomine separatim a Xenophonte editus sit (cf. Birt in comment. de Socrat. Comment. compositione pg. XIV sq. et in mus. rhen. tom. LI pg. 154 sq.), ita ut etiam in titulo convenerit inter hunc librum et *Κύρου παιδείαν*.

Nunc videas quaeso Commentariorum libri quarti argumentum quantopere *Κύρου παιδείαν* propositi affinitate attingat. Hoc autem praemittatur: quia liber Memor. IV certe post Mem. III scriptus est, hic autem post Cyropaediam, colligitur vel hac ex re librum IV et ipsum quoque post Cyropaediam esse compositum. At comparemus utrumque librum.

in Cyri instit.	in Comment.
Agitur de definitione notionis ἄδικον. I, 6, 31. ἀλλὰ λέγεται γενέσθαι ποτὲ ἀνὴρ διδάσκαλος τῶν παίδων, ὃς ἐδίδασκεν ἄρα τοὺς παῖδας τὴν δικαιοσύνην, ὥσπερ σὺ κελεύεις, μὴ ψεύδεσθαι καὶ ψεύδεσθαι, καὶ μὴ ἐξαπατᾶν καὶ ἐξαπατᾶν καὶ ...... καὶ μὴ πλεονεκτεῖν καὶ πλεονεκτεῖν. διώριζε δὲ τούτων ἅτε πρὸς τοὺς φίλους ποιητέον καὶ ἃ πρὸς τοὺς ἐχθρούς. VI, 1, 55. ..... νομίζων τὴν ἐν πολέμῳ πλεονεξίαν ἅμα σωτηρίαν τε καὶ δικαιοσύνην εἶναι καὶ εὐδαιμονίαν.	IV, 2, 15. ἐάν τις στρατηγὸς αἱρεθεὶς ἄδικόν τε καὶ ἐχθρὰν πόλιν ἐξανδραποδίσηται, φήσομεν τοῦτον ἀδικεῖν; οὐ δῆτα, ἔφη, ... τί δ'; ἐὰν ἐξαπατᾷ πολεμῶν αὐτοῖς; — δίκαιον ἔφη, καὶ τοῦτο. — ἐὰν δὲ κλέπτῃ τε καὶ ἁρπάζῃ τὰ τούτων, οὐ δίκαια ποιήσει; Καὶ μάλα, ἔφη· ... Οὐκοῦν, ἔφη, ὅσα πρὸς τῇ ἀδικίᾳ ἐθήκαμεν, πάντα καὶ πρὸς τῇ δικαιοσύνῃ θετέον ἂν εἴη; ἔοικεν, ἔφη. — βούλει οὖν, ἔφη, ταῦτα οὕτω θέντες διορισώμεθα πάλιν, πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους δίκαιον εἶναι τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, πρὸς δὲ τοὺς φίλους ἄδικον.

Agedum inspiciamus utrumque locum. In Cyri institutione silentio non praeterit scriptor, quam periculosum fieri possit praeceptum illud a puerorum magistro datum (cf. I, 6, 33); tum demum eximuntur atque evelluntur omnes scrupuli, cum adulescentes facti sunt pueri (I, 6, 34). Nulli vero scrupuli eadem de re in Commentariis, nulla dubitatio, nulla haesitatio! Sed enim hoc inde explicari possit, quod Socrates non ad puerum verba facit, sed ad Euthydemum. Verumtamen sententiarum discrepantiam alia quoque ratione explanare licebit. Videtur scilicet mutasse sententiam Xenophon ipse. In Cyropaedia enim, ubi praeceptum illud viri cuiusdam e Socratis disciplina profecti in vulgus est editum, Xenophon ei contradicit. Postea autem in Memor. l. IV illi assentiri videtur[1]).

Quae cum ita sint, equidem Commentariorum locum post Cyri institutionem scriptum esse coniecerim.

Sequitur caput tertium, quod summo iure Schenkelium et Dindorfium damnasse censet Hartmanus (in anal. Xenoph. pg. 150); neque enim unquam Xenophontem tam insulse putideque scribere potuisse existimat. Qui num merito damnaverint, paucis disquirere nunc meum erit. Atque primum quidem deos humano generi providere intellegi ex eo explicat auctor, quod illi hominibus omnia, quibus indigent, paraverunt.

in Cyri instit. VI, 2, 29.	in Comment. IV, 3, 9.
ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν παράλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς· διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεὸς ἀπάγων ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη ἔκ τε τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα.	*Τὸ δ' αὖ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φανερόν, ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκαιμεν οὔτε τὸ καῦμα οὔτε τὸ ψῦχος εἰ ἐξαπίνης γίγνοιτο, οὕτω μὲν κατὰ μικρὸν προσιέναι τὸν ἥλιον, οὕτω δὲ κατὰ μικρὸν ἀπιέναι, ὥστε λανθάνειν ἡμᾶς εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους.*

Atque primum quidem primo obtuitu clarum fit Xenophontem quod simpliciter in Cyropaedia dixerat, in Memorabilibus amplificasse atque limasse. Tum nobiscum reputemus, quo in sententiarum conexu Cyropaediae atque Commentariorum loci versentur. In Cyropaedia decreta expeditione contra hostes statim suscipienda Cyrus dicit de rebus, quibus praeter arma exercitus debeat ad iter instructus esse; necesse vero esse milites paulatim assuefacere aliquot rebus, quas ipse profert Cyrus; quod naturae exemplo comprobatur. Xenophon autem usitata deorum providentiae documenta enumerans Memorab. IV, 3 ad haec simpliciter adiecit etiam ea quae Cyrum de eadem re apud milites dicentem finxerat (cf. init. c. III l. IV. § 9 *Τὸ δ' αὖ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φανερόν*). Itaque certe Cyropaediae locus ei in Commentariis obversatur. Sed pergamus.

1) cf. Joelium in libro, cui inscripsit „Der echte und der xenophont. Sokrates' I pg. 396.

in Cyri instit.	in Comment.
De diis dicitur I, 6, 46. *ϑεοὶ δὲ ..... προσημαίνουσιν ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ οὐ χρή.*	IV, 3, 12. *σοὶ δ' ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐοίκασιν ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι* (scil. *οἱ ϑεοί*) *εἴ γε μηδὲ ἐπερωτώμενοι ὑπὸ σοῦ προσημαίνουσί σοι ἅτε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ μή.*
VIII, 7, 22. *.... ἀλλὰ ϑεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας καὶ πάντ' ἐφορῶντας καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τήνδε τὴν τῶν ὅλων τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον καὶ ὑπὸ κάλλους καὶ μεγέϑους ἀδιήγητον ... τούτους φοβούμενοι .... βουλεύσητε.*	IV, 3, 13. *οὔτε γὰρ ἄλλοι ἡμῖν τἀγαϑὰ διδόντες* (scil. *ϑεοί*) *οὐδὲν τούτων εἰς τοὐμφανὲς ἰόντες διδόασι, καὶ ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων, ἐν ᾧ πάντα καλὰ καὶ ἀγαϑά ἐστι, καὶ ἀεὶ μὲν χρωμένοις ἀτριβῆ τε καὶ ἀγήρατα παρέχων, ϑᾶττον δὲ νοήματος ἀναμαρτήτως ὑπηρετοῦντα, οὗτος τὰ μέγιστα πράττων ὁρᾶται, τάδε δὲ οἰκονομῶν ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν.*

Hic quoque Memorabilium locus amplificatio loci Cyropaediae videtur esse eo quod ibi introducitur unus deus a Cyro alienus. Praeterea vero digitum ponas in illo verbo ‚*ὁ ὅλος κόσμος*', cui respondet in Cyropaedia ‚*ἡ τῶν ὅλων τάξις*'. Xenophon igitur in quarto Memorabilium libro, ubi philosophi partes agit, eo verbo utitur, quod usitatum erat in philosophorum sermone (cf. Plat. Tim. 28b Gorg 568a, Aristot. Meteor. 1, 2).

Ex his quoque elucere existimo Commentariorum librum quartum post Cyri institutionem esse compositum. Pro me vero iterum dicat Krohnius in libro ‚Sokrates und Xenophon'; inspicias quae disseruit in pg. 20 adn. 1, semper nimirum investigans falsarium. Ubi exponit: ‚Es könnte hier noch der Ursprung der Schlussgedanken des Capitels berührt werden, die, soweit ich sehe, teils als Wiederholung, teils als Umbildung von Aussprüchen der Cyropädie zu fassen sind'. Equidem libenter ei consentio. Ergo conferamus utrumque locum.

in Cyri instit.	in Comment.
scriptum invenimus in l. VIII, 7. 1, ubi Cyrus morte instante verba facit: rem divinam fecisse Cyrum *κατὰ τὰ νομιζόμενα.*	IV, 3, 16. *ὁρᾷς γὰρ ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς ϑεός, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς ϑεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται· Νόμῳ πόλεως.*
I, 6, 3. *Καὶ μὲν δή, ὦ πάτερ, ἔφη ὁ Κῦρος, ὡς ἂν ἵλεῳ οἱ ϑεοὶ ὄντες ἡμῖν συμβουλεύειν ἐϑέλωσιν, ὅσον δύναμαι κατὰ τὸν σὸν λόγον διατελῶ ἐπιμελούμενος.*	IV, 3, 17. *Ἀλλὰ χρὴ τῆς μὲν δυνάμεως μηδὲν ὑφίεσϑαι· ὅταν γάρ τις τοῦτο ποιῇ, φανερὸς δήπου ἐστὶν τότε οὐ τιμῶν ϑεούς· χρὴ οὖν μηδὲν ἐλλείποντα κατὰ δύναμιν τιμᾶν τοὺς ϑεούς.*

Satis igitur me demonstrasse puto Commentariorum librum IV post Cyri institutionem a Xenophonte esse compositum.

Hic vero attingere liceat quaestionem de interpolationibus quas his in libris invenere atque inveniunt hunc usque diem non pauci viri docti. Et ambigi posse de nonnullis locis nemo est qui nesciat. Sed contemplemur falsarii operam in tertio libri quarti capite. Necesse enim erat eum caput illud ex variis Cyropaediae locis, sicut ex l. VI, 2, 29, I, 6, 46. VIII, 7, 22, I, 6, 3 compilare, quod verisimile non videtur esse. Itaque a talibus suspicionibus abstinendum esse arbitror. At contenderit quispiam caput ipsum carere omni ordine. Is mentem dirigat ad illum ordinem et ad partium dispositionem, quam ingeniose Birtius instituit [1]).

Sed redeamus ad id, quod nobis proposuimus.

Legitimum idem esse atque iustum praedicatur:

in Cyri instit.	in Comment.
I, 3, 17.	IV, 4, 12.
ἐπεὶ δ', ἔφη, τὸ μὲν νόμιμον δίκαιον εἶναι κ. τ. λ.	*φημὶ γὰρ ἐγὰ τὸ νόμιμον δίκαιον εἶναι.*
	Memoratu certe dignum est, quod sequitur
V, 1, 10.	IV, 4, 20.
... οὐκ ἐρᾷ ἀδελφὸς ἀδελφῆς, ἄλλος δὲ ταύτης, οὐδὲ πατὴρ θυγατρός, ἄλλος δὲ ταύτης. καὶ γὰρ νόμος καὶ φόβος ἱκανὸς ἔρωτα κωλύειν.	*Ουκοῦν καὶ μήτε γονέας παισὶ μίγνυσθαι, μήτε παῖδας γονεῦσιν; Οὐκέτι μοι δοκεῖ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὗτος θεοῦ νόμος εἶναι. ... 22 Καὶ ποίαν, ἔφη, δίκην, ὦ Σώκρατες, οὐ δύνανται διαφεύγειν γονεῖς τε παισὶν καὶ παῖδες γονεῦσι μιγνύμενοι; Τὴν μεγίστην νὴ Δί', ἔφη.*

Xenophon in Cyrop. contradicit Antistheni quem in altero Cyrorum maledixisse Alcibiadi compertum habemus ex Athenaeo V 220 C, quod Persarum more cum matre, filia, sorore concumberet; iam Persas ab hoc opprobrio defendere vult, ceterum cum amico consentit. Rursus igitur Antisthenis opinionem in Comment. IV, 4, 20—23. Xenophon premit. Et hoc quoque ad tempus Memor. l. IV constituendum notatu dignum est, quod in Cyropaedia scriptor fratrem, sororem, patrem distincte enumerat, contra in Memorabilibus liberos et parentes; in unum igitur videtur colligere Xenophon, quod in Cyri institutione dixerat. Ergo concludere nobis licet Comment. l. IV post Cyropaediam scriptum esse.

Temperantia (*ἐγκράτεια*) laudatur

in Comment.	et in Cyri instit.
IV, 5, 1.	VIII, 1, 32.

De capite sexto quod sequitur Hartmanus sic iudicat (in anal. Xen. 151): »Quum vero pleraque eorum, quae capite VI leguntur,

1) In comment. de Xen. Comment. Socr. compos. pg. XVI et nuperrime in mus. rhen. tom. LI pg. 155 sq.

iam alibi fuse copioseque tractata me legisse reputo, non possum non suspicari totum caput invito Xenophonte Memorabilibus esse insertum«. At resuscitatur mens nostra ad Cyri institutionem comparandam.

in Cyri instit. I, 3, 18.	in Comment. IV, 6, 12.
..... οὗτος μὲν γὰρ τῶν ἐν Μήδοις πάντων ἑαυτὸν δεσπότην πεποίηκεν, ἐν Πέρσαις δὲ τὸ ἴσον ἔχειν δίκαιον νομίζεται, καὶ ὁ σὸς πατὴρ πρῶτος τὰ τεταγμένα μὲν ποιεῖ τῇ πόλει, τὰ τεταγμένα δὲ λαμβάνει, μέτρον δὲ αὐτῷ οὐχ ἡ ψυχή, ἀλλ' ὁ νόμος ἐστίν. ὅπως οὖν μὴ ἀπολεῖ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι ἧς, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικόν, ἐν ᾧ ἐστι τὸ πλεῖον οἴεσθαι χρῆναι πάντων ἔχειν.	βασιλείαν δὲ καὶ τυραννίδα ἀρχὰς μὲν ἀμφοτέρας ἡγεῖτο εἶναι, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων ἐνόμιζε· τὴν μὲν γὰρ ἑκόντων τε τῶν ἀνθρώπων καὶ κατὰ νόμους τῶν πόλεων ἀρχὴν βασιλείαν ἡγεῖτο, τὴν δὲ ἀκόντων τε καὶ μὴ κατὰ νόμους, ἀλλ' ὅπως ὁ ἄρχων βούλοιτο, τυραννίδα.

Iam non est cur invito Xenophonte caput illud Memorabilibus esse insertum credamus, immo vero Xenophon ipse inseruit caput, qua de re postea agemus.

Postremo compares quaeso hos locos:

in Cyri instit. I, 6, 23.	in Comment. IV, 7, 10.
ὅσα δὲ ἀνθρώποις οὔτε μαθητὰ οὔτε προορατὰ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ, διὰ μαντικῆς ἂν παρὰ θεῶν πυνθανόμενος φρονιμώτερος ἄλλων εἴης.	εἰ δέ τις μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν ὠφελεῖσθαι βούλοιτο, συνεβούλευε μαντικῆς ἐπιμελεῖσθαι.

Satis gravia mea esse argumenta puto, quibus Xenophontis Cyropaediam post Commentariorum libros I et II, ante Commentariorum l. III et IV esse scriptam eluceat. Iuvat igitur disquirere, quando Cyropaedia composita sit.

Cyri institutionem ut amplum opus intra breve spatium temporis ortum non esse nemo infitias ibit. Nulla vero dubitatio relinqueretur, quin extrema Xenophontis aetate confecta esset, si de auctoritate extremi capitis, quod Cyropaediae epilogum vocare consuevimus, inter omnes constaret. Apparet enim e certis causis id ante annum 364 scribi non potuisse [1]). Sed multi viri docti Valckenaerium secuti epilogum Xenophonti abiudicarunt, quod quam immerito fecissent, ut mihi quidem videtur, demonstravit Roquettius [2]) nec non Hartmanus [3]). Itaque non dubito, quin epilogus a Xenophonte opera sua retractante [4]) post annum 364 ad Cyropaediae corpus

---

1) Diodorus in l. XV c. 92 Rheomitris facinus in epilogo memoratum ultimis Artaxerxis, qui anno 362 mortuus est, annis factum esse comprobat.
2) De Xenoph. vita et scriptis pg. 87 sqq.
3) In anal. Xenoph. nov. pg. 92 sqq.
4) Conferas quaeso, quae de hac re postea disseram.

adiectus sit [1]). Nunc quo anno componere coeperit Xenophon Cyri institutionem, quaestio nascitur.

Habemus Gellii dictum neque est, cur ei diffidamus [2]), quod extat in Noct. attic. l. XIV, 33: »Xenophon inclito illi operi Platonis, quod de optimo statu rei publicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in volgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus, quod *περὶ παιδείας Κύρου* inscriptum est«.

Quoniam Susemihlius [3]) Platonis rem publicam intra spatium inde ab anno 380 usque ad annum 370 scriptam esse arbitratur, Xenophontem initium Cyropaediae anno 375 composuisse nobis licet conicere. Ante annum 369 confecisse scriptorem opus illud admodum videtur esse probabile; nam Eubuli rogatio [4]) anno 369 ei reditum in patriam patefecit, postquam in gratiam rediit cum civibus; in Cyropaedia vero democratiae Atheniensium etiamtum inimicus fuit, quod paucis probare libet.

In Cyri institutione miratur Cyrus puer Astyagem cum sociis inter pocula et epulas superbientem; videt omnes simul clamantes aliaque ludibria facientes et tum didicisse se ait, quid esset *ἰσηγορία* (Cyrop. I, 3, 10); atqui *ἰσηγορία* atque *ἰσονομία* (*ἰσομοιρία*) fundamenta sunt democratiae [5]). *Ἰσομοιρίαν* vero rem esse iniustissimam probe novit Xenophon idque in Cyropaedia egregie demonstrat. In consilio enim militari, quod convivii occasione Cyrus habet, Chrysantes, vir nobilis animoque fortis, de praemiis distribuendis sermonem iniciens ita orditur: eorum, qui nobiscum ad bellum profecti sunt, alii fortiores sunt, alii ignaviores, sed si boni quid nobis e bello contigerit, omnes aequam partem postulabunt; nihil autem mihi iniquius videtur esse quam mali bonique eandem esse sortem. Tum Cyrus: oportet ergo inquit, viri, deliberare, utrum si quae fuerit praeda reportata, omnes *ἰσόμοιροι* faciendi sint an secundum cuiusque laborem ei honor sit habendus (Cyrop. II, 2, 18—20).

Praeterea in Cyrop. III, 3, 50 invehitur Xenophon in ducum Atheniensium, ni fallor, morem ante pugnam sublimes orationes

---

1) Cf. Eichler, De Cyrop. capite extremo. Grimmae 1880.

2) cf. Krohnium in libello, cui inscripsit ‚Socrates und Xenophon' pg. 61: »Nach einer alten Überlieferung trat der Auktor der Cyropaedie in einen Wettstreit mit dem platon. Staate; es mag glaubwürdiger sein, als unsere Forschung zugesteht«. cf. Krohn, Der platon. Staat, Studien zur Sokratisch-Platon. Literatur, Bd. I. Halle 1876.

3) Platon. Philosophie II, 296. Ueberweg, Untersuchg. über die Echtheit und Zeitfolge plat. Schriften pg. 222. »Es lässt sich annehmen, dass mindestens das erste Buch der plat. Schrift vor 382 geschrieben worden ist«. Hirmer in tom. suppl. XXIII Fleckeisenii annalium (1897) Platonis rempublicam intra a. 380 usque ad 370 ortam esse coniecit.

4) Istrus apud. Laert. Diog. II 59 testis est.

5) Busolt, Die griech. Staats- und Rechtsaltertümer in Jv. Müllers Handb. IV, 1, 42.

decantandi respecto hac in re Lacedaemoniorum usu[1]. Atque facile eiusmodi etiam plura invenias.

Dubito vero num post a. 369 talia scribere potuerit Xenophon. Itaque circa a. 376 usque ad a. 373 vel 372 Cyropaediam a Xenophonte esse conscriptam admodum verisimile videtur esse.

Bene porro congruit, quod intra hanc aetatem pauca tantum alia opera perfecit; sunt autem ex Roquettii sententia haec:

a. 378 Xenophon conscripsit Lacedaemoniorum rempublicam[2].
a. 371 edidit Anabasim.

Indidem explicatur primum, quod multa insunt in Cyropaedia, quae ad Laceeaemoniorum instituta pertinent; compares quaeso hos locos:

Cyrop.	Laced. rei publ.
III, 3, 40.	XIII, 8.
III, 3, 57.	XI, 5.
IV, 3, 23.	XII, 5.
IV, 5, 17.	XIII, 5.
VIII, 3, 28.	IX, 15.
	et al. locos.

Praeterea animadvertas miram consensionem ad verbum expressam inter Cyri institutionem et Cyri expeditionem circa annum 371 confectam (cf. Roquettii disputat. pg. 66). Ut exempla afferam:

Cyrop.	Anabas.
I, 6, 2.	V, 6, 29.
III, 2, 7.	IV, 3, 4.
III, 3, 25.	VII, 2, 18.
III, 3, 26.	I, 7, 15.
VIII, 8, 28.	I, 2, 17.
I, 6, 8.	III, 1, 37 et al.

In quibus conferas similitudinem verborum *προνοεῖν*, *φιλοπονεῖν* (Cyrop. I, 6, 8) — *προβουλεύειν*, *προνοεῖν* (Anab. III, 1, 37).

Quibus causis adductus equidem Xenophontem circa a. 375—373 vel 72 conscripsisse Cyropaediam existimo. Ex iis quae antea exposui, Commentariorum l. I et II ante Cyri institutionem ortos esse manifestum fuit. De Commentariorum primae partis tempore iam antea egi (pg. 8) atque haud multo post annum 393 eam editam esse conieci. Ad constituendum vero secundae partis tempus ansa nobis datur in Comment. II, 6, 18 ubi verba

---

1) cf. Thucyd. V, 69.

2) De coniectura, quam Wulffius de tempore huius libelli fecit in dissertatione, cui inscripsit ‚quaest. in Xenoph. de republ. Laced.' a. h. s. 84 edit. pg. 54, conferas iudicium Schenkelii in ‚Jahresbericht über die Fortschr. der klass. Altertumswissenschaft', 1888 pg. 109; viri illius doctissimi verbis uti liceat: »Die Abfassung des eigentlichen Buches setzt W. 396 oder 395 an, ohne dafür überzeugende Gründe beizubringen.«

fiunt de discordia: *Καὶ οὐ μόνον γ' ἔφη ὁ Κριτόβουλος, οἱ ἰδιῶται τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πόλεις αἱ τῶν τε καλῶν μάλιστα ἐπιμελόμεναι καὶ τὰ αἰσχρὰ ἥκιστα προσιέμεναι πολλάκις πολεμικῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας*; quibus verbis certe discordia quae fuit inter Lacedaemonios et Athenienses designata est, quae anno demum 369 foedere icto est sedata. Itaque quod Roquettius Memorabilia intra annos 384—380 scripta esse arbitratur, bene quadrat in Memorabilium partem secundam.

Accuratius vero definire possumus Commentariorum libri III tempus; compositum esse eum post Anabasim locus III, 5, 26 testis est, quocum compares quaeso Anab. II, 5, 13.

Quae porro de periculis a Thebanis imminentibus dicuntur, ad aetatem capitis V, 2 sq. constituendam summi sunt momenti itemque quae de militibus levibus armis instructis disputantur[1]) (5, 26). Quae nos adducunt ad aetatem actam post a. 371 atque c. annum 365 haec capita composita esse existimo, quo tempore Atheniensibus maior metus esse potuit, ne in Atticam Boeotii irrumperent, qui anno 366 Oropum occupaverant.

Praeterea tempori constituendo servit Commentariorum l. III cp. 3. Quae enim ibi disseruntur, haud scio an recedant ad peculiarem Xenophontis libellum, qui inscribitur Hipparchicus. Compares quaeso

Comment.	Hipparch.
III, 3, 6.	I, 5.
III, 3, 7.	I, 6 et 21.
III, 3, 8.	I, 7.
III, 3, 9.	IV, 4.
III, 3, 10.	I, 24.

Libellus autem ille conscriptus est, ut e locis IX, 4 et VII, 3 apparet, certe post annum 371. Corinthi an Athenis scriptus sit non disputo, sed quin Atheniensium causa in lucem sit editus, quin Athenienses lectores cogitaverit Xenophon, dubitari non potest. Multis enim locis illud scriptoris consilium perlucet (cf. I, 8, I, 10, VII, 3).

Sequitur Commentariorum liber IV qui *περὶ παιδείας* inscribendus est. Hic enim studiorum Xenophontis ordo videtur esse. Postquam ipsos Commentarios composuit, scribere instituit singulos de Socrate libros tres, libellum dico *περὶ παιδείας*, Convivium, Oeconomicum. Qui autem factum sit, ut duo eorum, Convivium et Oeconomicus, separatim per saecula posteriora ad hunc usque diem tradita sint, contra liber *περὶ παιδείας* a librariis seu grammaticis ad Memorabilia semper sit adnexus, optime probavit Birtius in disputatione, cui inscripsit, ‚de Xen. comment. Socratic. compositione' pg. XX. De tempore vero, quo compositus sit *περὶ παιδείας* libellus, hoc loco nihil definitum volo. Hoc

1) cf. E. Schwartz, Untersuchungen zur griech. Geschichte in mus. rhen. t. 44, 190.

autem videtur certum esse post Cyropaediam et post Memor. l. I—III eum esse compositum.

Nunc operae pretium erit considerare quo tempore Xenophontis Convivium ortum sit. Atque primum quidem extat Galeni locus *περὶ ἄρθρων* 18, 301 Kuehn, satis memorabilis, ubi de Oecononomico: *ὅτι τὸ βιβλίον τοῦτο τῶν Σωκρατικῶν Ἀπομνημονευμάτων ἐστὶ τὸ ἔσχατον.* Ergo Symposium praeivit. Praeterea haec reputemus. In initio libri IV proposuit Xenophon de Socrate: *καὶ παίζων καὶ σπουδάζων ἐλυσιτέλει τοῖς συνδιατρίβουσι. πολλάκις γὰρ κ. τ. λ.*, in quarto vero libro ipso ‚pleraque simplici gravitate et sicca veritate absorbentur'; contra in Convivio conscribendo id potissimum spectat Xenophon, ut ostendat, quibus idem ille Socrates inter pocula usus sermonibus, cum de rebus ludicris aut certe levioribus colloquia haberentur, amicorum commodis et utilitati servierit [1]. Ergo iam Comm. l. IV c. 1 ad proximum Convivium respicitur. Statuo igitur post Comm. l. IV primum ortum esse Convivium, deinde Oeconomicum.

Quid? quod duo viri docti, qui sermonis observationes chronologiae fundamentum facere volunt [2], me adiuvant; Stahlius enim hunc statuit ordinem ut Convivium sequatur Oeconomicus. Item Ph. Weberus in dissertatione quae inscribitur »Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze. Beiträge zur historischen Syntax der griechischen Sprache« tom. II, fasc. 2 pg. 76 sic libros ordinat: Symposium, Oeconomicus.

Quod attinet ad tempus, quo ortum sit Convivium, eos certe rem non expediisse credo, qui instituta Conviviorum duorum comparatione ex similibus et dissimilibus de tempore eorum coniecturas fecerunt; scilicet illi ipsi in partes diversas discesserunt atque contrarias; Xenophontem enim priorem composuisse Convivium censent Augustus Boeckh in disputatione »de simultate quae inter Platonem et Xenophontem intercessisse videtur«; Hugius in Philologi t. VII, 638 sq. et al.; contra Platonis Convivium prius ponunt K. Fr. Hermann in disputatione ‚Num Plato an Xenophon prius Convivium suum scripserit', a. h. s. 35 et 41 edita, Schanzius in Herm. t. 21, pg. 458. Adhuc sub iudice lis est. Aliud igitur adiumentum adhibeamus videamusque, qui nexus intercedat inter Convivium et Cyropaediam et Commentarios; sententiae enim, quas prae ceteris Xenophonti caras fuisse constat, non solum e Commentariis, sed etiam e Cyri institutione depromptae sunt.

Conferas quaeso hos locos:

---

1) cf. initium l. IV Mem. cum Convivio: ibi enim memoratu digna dicit esse non solum *τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς.* Etiam quod de Socrate dicitur in Mem IV, 1, 2 ‚*πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν*' quodammodo ad sequens Convivium nos praeparat; compares Conv. VIII, 2 ubi Socrates pronuntiat: *ἐγώ τε γὰρ οὐκ ἔχω χρόνον εἰπεῖν, ἐν ῳ οὐκ ἐρῶν τινος διατελῶ.*

2) Quod iudicium de illorum observationibus fecerim, ex pg. 2 cognoscere potes. Itaque quod nunc ad eos provoco, non sine dubitatione fieri teneas.

Conviv.	Cyropaed.
I, 8.	VIII, 1, 28.
	Comment.
III, 4.	I, 6, 13.
	IV, 2, 23.
III, 6.	IV, 2, 10.
IV, 6.	III, 2, 2.
IV, 26.	I, 3, 13.
IV, 30.	II, 3, 16.
	Cyropaed.
	VIII, 7, 10.
	Comment.
IV, 35.	I, 3, 5.
	Cyropaed.
	I, 2, 1. III, 3, 51.
	Comment.
IV, 47.	I, 1, 19. I, 3, 2.
	Cyropaed.
	I, 6, 46.

Liceat mihi exprimere locos postremos:

Conviv.

IV, 47.

Οὐκοῦν ὡς μὲν καὶ Ἕλληνες καὶ βάρβαροι τοὺς θεοὺς ἡγοῦνται πάντα εἰδέναι τά τε ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα, εὔδηλον· πᾶσαι γοῦν αἱ πόλεις καὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ μαντικῆς ἐπερωτῶσι τοὺς θεοὺς, τί τε χρὴ καὶ τί οὐ χρὴ ποιεῖν. Καὶ μὴν ὅτι νομίζομέν γε δύνασθαι αὐτοὺς καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν, καὶ τοῦτο σαφές. πάντες γοῦν αἰτοῦνται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν φαῦλα ἀποτρέπειν, τἀγαθὰ δὲ διδόναι.

Comment.

I, 1, 19.

Καὶ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι θεοὺς ἐνόμιζεν ἀνθρώπων, οὐχ ὃν τρόπον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν· οὗτοι μὲν γὰρ οἴονται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι, τὰ δ' οὐκ εἰδέναι. Σωκράτης δ' ἡγεῖτο πάντα μὲν θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.

I, 3, 2.

Καὶ εὔχετο (scil. *Σωκράτης*) *δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τὰ ἀγαθὰ διδόναι.*

Nonne manifestum videtur esse Commentariorum locos ante Convivium esse scriptos? Nam quod de Socrate solo in Commentariis dicitur, dicitur in Convivio de universis Graecis atque barbaris. Cum vero Socrates a diis hoc unum petat, ut bona dent, in Convivio homines deos implorant, ut bona dent, mala arceant.

Praeterea quod in Commentariis praedicat Socrates, Cambyses, Cyri pater, in Cyropaedia laudat:

Conviv.

IV, 47.

....τοὺς θεοὺς ἡγοῦνται πάντα εἰδέναι τά τε ὄντα καὶ τὰ μέλ-

in Cyri instit.

I, 6, 46.

θεοὶ δέ, ὦ παῖ, ἀεὶ ὄντες πάντα ἴσασι τά τε γεγενημένα καὶ τὰ

λοντα .... ἐπερωτῶσι τοὺς θεοὺς, τί τε χρὴ καὶ τί οὐ χρὴ ποιεῖν.	*ὄντα καὶ ὅτι ἐξ ἑκάστου αὐτῶν ἀποβήσεται .... προσημαίνουσιν ἅ τε χρὴ ποιεῖν καὶ ἃ οὐ χρή.*
IV, 48.	
Διὰ δὲ τὸ προειδέναι, καὶ ὅτι ἐξ ἑκάστου ἀποβήσεται, σημαίνουσί μοι ...... ἅτε δεῖ, καὶ ἃ οὐ χρὴ ποιεῖν.	

Quibus locis inter se comparatis mihi quidem luce clarius videtur esse auctorem ea, quae de Socrate in Commentariis, de Persis in Cyri institutione separatim dixerat, complexa esse in Convivio, quamobrem Convivium post Commentarios et post Cyropaediam anno circiter 365 scriptum esse censeo.

Praeterea comparari possunt loci hi:

Conviv. IV, 48.	Cyropaed. I, 6, 4.
οἱ θεοὶ .... οὕτω μοι φίλοι εἰσίν.	*ὡς πρὸς φίλους μοι ὄντας τοὺς θεοὺς διάκειμαι.*

Conviv.	Comment.
V, 3.	III, 8, 5.
	IV, 6, 9.
VIII, 2.	IV, 1, 2.
	II, 6, 28.
VIII, 18.	II, 4, 5.
VIII, 32.	II, 6, 35.
	Cyrop.
	I, 4, 25.
	Comment.
VIII, 43.	I, 7, 1.
	II, 6, 39.

In scriptorum quae vocantur philosophicorum ordine post Convivium Oeconomicum[1]) Xenophon composuit. Auctor vero, dum hos condit libros, additamenta ad Commentarios proponere in animo habet; inter scribendum autem studium ipsius materiae eum adeo incitavit, ut opus in maius, quam ipse voluisset, accresceret; id contendere nobis licet de Convivio, ubi Platonis exemplum in propatulo est, id negare nequimus de Oeconomico; Xenophon enim prae ceteris ipse fuit oeconomicus (cf. Mem. III, 4 et al.). Sed huc alia causa accedit. Nova lux Xenophontis vitae affulsit, cum rerum conditione mutata Athenas revocaretur. Quo facto statim patriae utilitatem afferre summo studio conatus est. Itaque cum libris editis commoda civibus suis parare quam ardentissime cuperet,

1) cf. G. Vogel, Die Oekonomik des Xenoph. Erlangen 1895. Hodermann, quaest. oecon. specimen. Berlin 1896.

de re equestri, de equitum magistri officiis, de vectigalibus[1]) nec non de oeconomico scripsit; nam libellum, qui Oeconomicus inscribitur, res respexisse Atheniensium egregie probavit E. Schwartz in mus. rhenani tom. 44, pg. 190.

De tempore autem quo scriptus sit Oeconomicus, nunc disserendum. Certe tum agri colendi peritiam iam adeptus erat Xenophon, quam sibi Scillunte comparare potuit, nam Athenis eum agriculturae operam navasse nemo est, qui credat. Itaque et hanc ob causam et propter Cyri minoris memoriam factam (IV, 18) certe Oeconomicum post annum 387 collocaverim[2]).

At accuratius tempus definire nobis licet; videas enim quotiens Socrates vel Ischomachus equum quaeve ad equestria pertineant, in ore habeat; conferas Oecon. I, 8, II, 11, III, 9 sqq., V, 5, XI, 4, XXI, 7 et cet. Ergo Oeconomicum post annum 371, quo anno Hipparchicum condidit Xenophon, scriptum esse suspicamur. Atque si Schwartzio (in mus. rhen. tom. 44, pg. 190 adnot. 2) credere possumus, et possumus ut equidem mihi persuasi, proelium apud Mantineam commissum significatur hoc loco, Oeconom. I, 23: *ἀλλὰ δεῖ, ὦ Κριτόβουλε, πρὸς ταύτας οὐχ ἧσσον διαμάχεσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίας, ἢ πρὸς τοὺς σὺν ὅπλοις πειρωμένους καταδουλοῦσθαι Πολέμιοι μὲν οὖν ἤδη ὅταν καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες καταδουλώσονταί τινας, πολλοὺς δὴ βελτίους ἠνάγκασαν εἶναι σωφρονίσαντες, καὶ ῥᾷον βιοτεύειν τὸν λοιπὸν χρόνον ἐποίησαν· αἱ δὲ τοιαῦται δέσποιναι αἰκιζόμεναι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τοὺς οἴκους οὔποτε λήγουσιν, ἔστ᾽ ἂν ἄρχωσιν αὐτῶν.*

Quibus causis commotus Oeconomicum anno 362 vel 361 scriptum esse censeam.

Ad extremum nonnulla quae inveniuntur similia et in Oeconomico et in Commentariis necnon in Cyri institutione notare volo.

Oeconom.	Comment.
IV, 19.	III, 3, 9.
	Cyropaed.
	III, 1, 20.
	Comment.
V, 19.	I, 4, 15.
	IV, 3, 12.
	Cyropaed.
	I, 6, 46.
VII, 32 sq.	V, 1, 24.
VIII, 4.	VI, 3, 25.

---

1) de his cf. C. Diehl, quo tempore etc. 1885. D. circa a. 355 conscripsisse Xenophontem libellum illum coniecit.

2) cf. praeterea G. Vogel in dissertationis suae pg. 38 »Der Oekonomikus setzt die Erfahrungen auf dem Skylluntischen Gute voraus; also nicht vor 390«.

Oeconom.	Comment.
VIII, 4.	III, 1, 7.
IX, 4.	III, 8, 9.
IX, 11.	I, 5, 1.
	Cyropad.
	I, 2, 8.

Hos locos exscribam:

Oecon. IX, 11.

τὴν δὲ ταμίαν ἐποιησάμεθα ἐπισκεψάμενοι, ἥτις ἡμῖν ἐδόκει εἶναι ἐγκρατεστάτη καὶ γαστρὸς καὶ οἴνου καὶ ὕπνου καί ἀνδρῶν συνουσίας.

Comment. I, 5, 1.

ἆρ᾽ ὅντιν᾽ ἂν αἰσθανοίμεθα ἥττω γαστρὸς ἢ οἴνου ἢ ἀφροδισίων ἢ πόνου ἢ ὕπνου, τοῦτον ἂν αἱροίμεθα;

Quod a duce postulatur, postulatur idem a villica.

XI, 12.

ἐπεὶ γὰρ ἐσθίειν τὶς τὰ ἱκανὰ ἔχοι, ἐκπονοῦντι μὲν ὀρθᾶς μᾶλλον δοκεῖ μοι ἡ ὑγίεια παραμένειν, ἐκπονοῦντι δὲ μᾶλλον ἡ ῥώμη προςγίγνεσθαι.

Cyropaed. I, 6, 17.

..... ἔπειτα δὲ ἐκπονῶ τὰ εἰςιόντα, οὕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥτε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν καὶ ἰσχὺς προςγενέσθαι.

XIV, 7.

οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους.

XI, 22.

Comment.

III, 4, 8.

καὶ μὴν καὶ τὸ τοὺς κακοὺς κολάζειν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν ἀμφοτέροις οἶμαι προσήκειν.

IV, 8, 4.

Ultimus in scriptorum philosophicorum, quae edidit Xenophon, serie de Hierone libellus videtur esse. Xenophontis qui inscribitur Hiero dialogus, in duas partes divisus est; altera enim enarratur, quot quantaque incommoda vitae immineant regiae eaque conferuntur cum commodis voluptatibusque vitae privatae, altera docemur, quomodo rex incommodis illis superatis amorem civium sibi comparare et adeo vitam agere possit tutam iucundamque. Itaque Hieronis argumentum quantopere Cyri institutionem »*εἰκόνα βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος*« (cf. Dionys. ep. ad Pompeium 4) propositi affinitate attingat, non est, quod pluribus disseram. Nam Xenophontis sententiae, quae prae ceteris ei carae sunt, in Hierone quoque nobis occurrunt.

Nonnulla exempla indicabo quae ipse si placet evolvas.

Hieronis	Cyropaediae
III, 3.	III, 1, 39.
III, 7.	VIII, 7, 14.
	II, 1, 28.
IV, 3.	V, 5, 9.

Hartmanus in anal. Xenoph. nov. suo iure adnotat ad hunc locum (pg. 252) »Reipublicae bene constitutae primarium est con-

silium ut cives tuti securique sint a servis maleficisque. Quam autem Xenophon metuerit seditiones servorum, quam omnibus modis cavendum censuerit ne quid ab illis oreretur periculi, Cyropaediae lectoribus notissimum est«.

Quapropter non dubito, quin Cyropaedia ante libellum, qui Hiero inscribitur, scripta sit. Compares porro locos hos:

Hieron.	Cyropaed.
VI, 12.	I, 4, 25.
VII, 9.	VIII, 7, 10.
IX, 4, 5.	I, 6, 20.
XI, 13.	VIII, 2, 16 et al.

Quibus collatis apparebit sententias et in Hierone et in Cyropaedia admodum esse similes.

Quodsi deliberas quo tempore compositus sit de Hierone libellus, hic Hieronis locus III, 3 in promptu est: *οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν καὶ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί·* quocum compares quaeso, quod in Comment. II, 6, 18 dixerat Xenophon. Certe in Hierone auctor ad foedus ab Atheniensibus a. 369 cum Lacedaemoniis factum alludit.

Alteram vero temporis constituendi ansam praebet Birtius in sententiis controversis dissertationi ‚de hexametr. latin'. adiunctis (IV). Nam quod in Hieron. III, 8: multos tyrannos a suis ipsorum uxoribus esse interfectos, explicatur, significatam esse putat vir ille doctissimus Alexandri Pheraei necem in Hellen. VI, 4, 35 memoratam quae a. 359 perpetrata est[1]. Idcirco libellus anno 359 vel 358 compositus est, cui sententiae equidem libenter assentior.

II.

De Antisthenis Cynici doctrina, quid apud Xenophontem valuerit.

Ferdinandus Rankius in commentatione de Xenophontis vita et scriptis a. h. s. 51 edita iudicavit olim (pg. 14): »deest Xenophonti, ut ex libris eius patet, accurata reliquorum philosophorum cognitio, quae ad res singulorum recte aestimandas requiritur necessario.« Non divinavit doctus ille vir, quantopere ignoraret Xenophontem. Sed lux posteris quoque effulsisse non videtur, ut in illa sententia acquieverint. »Prometheam vero scintillam« invenit Carolus Reinhardtius in dissertatione, cui inscripsit ‚de Isocratis aemulis' Bonnae 1873. Ubi inter sententias controversas disputationi adiunctas haec quoque nobis occurrit (VI): »Xenophontis memorabilia non solum defendendi Socratis, sed etiam

---

1) Inspicias Diod. XVI, 14; quocum compares A. Schaeferi librum de Demosth. t. I, 133 adn. 2.

impugnandi Antisthenis nec non Platonis causa conscripta sunt«. Id quam recte senserit, praedicat Wilamowitzius in annalibus philologicis qui vocantur ‚Hermes' t. XIV, pg. 193; unde liceat mihi verba adferre: »Xenophon bietet von allen Sokratikern am meisten Berührungspunkte mit Antisthenes.«

Et collocavit operam hac in inquisitione Ferdinandus Duemmler in Antisthenicis, Halis a. h. s. 82 editis. Qui liber aeque atque eiusdem viri docti Academica [1]), quo saepius relego, eo magis mihi placent. Nuperrime opinionem exposuit suam Carolus Joel in disputatione »der echte und der xenophontische Socrates« I, a. 1893, quae, quamquam Duemmleri laudem tulit, tamen alios minus movebat.

His instructus adiumentis equidem rem agressus sum, cum me nova quaedam allaturum esse sperarem. Priusquam vero ad rem ipsam me accingam, unam praetermittere mihi liceat confessionem me esse philologum, non philosophum meque ut philologum rem tractasse. Joelius enim prae ceteris ut videtur philosophus, quamvis multa satis praeclare invenerit, plerumque divinavit magis, quam probavit. In proximis ex Xenophontis operibus imprimis Commentarios, tum Cyropaediam respecta esse non est, cur defendam.

Atque primum quidem operae pretium sane faciemus, si quid de Antisthenis vita certo sciri possit, tum quomodo commercium habuerit cum Xenophonte, investigamus.

A.

a. De Antisthenis vita.[2])

Ad tempus, quo natus sit Antisthenes, constituendum ansam nobis prabet Laert. Diog. VI, 1, 1. Dicitur de eo: *ὅθεν καὶ ἐν Τανάγρᾳ κατὰ τὴν μάχην εὐδοκιμήσας ἔδωκε λέγειν Σωκράτει, ὡς οὐκ ἂν ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων οὕτω γέγονε γενναῖος.* Proelium vero Tanagrense anno a. Chr. n. 426 esse commissum Thucydides auctor est (cf. Thucyd. III, 91 et Clinton fast. Hell. ad a. 426). Sed Diogenis testimonium solum mihi non sufficeret, solet enim ille vel eius fons discipulos hoc modo cum Socrate coniungere, id quod probat de Xenophonte quoque narratiuncula [3]) (L. Diog. II, 22), nisi alterum argumentum nobis suppeditaretur satis grave. Nam in Xenophontis Convivio — quod celebratum est secundum Athenaeum (V 210 C) anno 421 (vel 422 cf. C. F. Hermann, de tempore Convivii Xenophontis in ind. schol. univers. Gottingens. 1844/45) Antisthenes in scenam prodit non iam adulescens (cf. Xen. conv. IV, 61 sq.). Haud multo igitur a vero aberrabimus, si duobus illis

1) Gissae a. 1889 edita.

2) Conferas: Deycksium ‚de Antisthenis Socratici vita et doctrina', a. 1841 edit. A. Müllerum, de Antisth. Cynici vita et scriptis, 1860. Chappuissii libellum ‚Antistène'. Blassium quaeso conferas in libro, cui inscripsit ‚die attische Beredsamkeit' II₂ pg. 332 sq. Natorpium in libro, qui inscribitur Realencyklopädie I, pg. 2538.

3) hanc esse rem commenticiam evicit Cobetus in nov. lect. pg. 534 sq.

indiciis coniunctis eum tum triginta fere fuisse annorum statuerimus, ut circa annum 450 natus sit.

Annum 371 eum vidisse Plutarchus in vita Lycurgi (c. 30) testatur: *Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας κ. τ. λ.* Anno 366 Diodorus Antisthenem vivum nominat (cf. Diod XV, 76): *ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης. . . . Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης.* Brevi post autem obisse videtur Antisthenes.

b. De Antisthenis cum Xenophonte consuetudine.

Priusquam Socrati sese addixit, operam dederat ille Gorgiae Leontino, rhetori celeberrimo, quem circa a. 427 [1]) Athenas venisse constat Leontinorum legatum. Quamvis perlonga cum Gorgia necessitudo intercessisse nequeat, cum a. 421 [2]) Antisthenem Socratis amicissimum videamus, tamen studium rhetoricum in eo mansit, et imprimis in declamationibus, quae inscribuntur Aiax et Ulixes, Gorgiae agnoscimus alumnum [3]). Socratem vero miro quodam amore amplexus est; nunquam enim reliquit magistrum (cf. Xen. Com. III, 11, 17); fuitque idem in fidelium amicorum corona Socratem morientem circumdantium (cf. Plat. Phaed. 59 B). Quae dedita voluntas haud scio an Xenophontem quoque natu minorem allexerit, qui quamquam erat *ἀνὴρ εὐδαίμων τε καί εὐειδέστατος εἰς ὑπερβολήν* (cf. Laert. Diog. II, 48), horridum et asperum virum adamaverat, dum Socratis consuetudine utebatur, eamque amicitiam perdurasse bellorum tempestates pro certo affirmare nobis licet, ita ut Xenophon, cum de magistro scribere institueret, plus semel Antisthenis consuleret dialogos. Neque id mirum! Nam in familiarissimorum Socratis numero Xenophon vix est habendus (cf. Duemmlerum in Academicis pg. 126, qui citat Dielsium in libro »philosoph. Aufsätze E. Zeller gewidmet« pg. 257, 1; praeter eos inspicias Richterum in libello, cui inscripsit ‚Xenophon-Studien' (in Fleckeisenii annalium tom. suppl. XIX pg. 135).

Xenophon, si eum cum Hartmano (in anal. Xenoph. pg. 6) circa a. 425 [4]) natum esse ponimus, usque ad annum 401, quo Proxeni amici Boeotii litteris commotus est, ut cum eo in Asia fortunam tentaret, Socratis disciplina uti potuit. Quo tempore Socratem secutus est, quot annorum fuerit, compertum non habemus; sed viginti annos tum fuisse natum adulescentem vel paulo iuniorem verisimile sit, praesertim cum consideremus Platonem

---

1) cf. Diod. XII, 53.
2) in Xenoph. Convivio cf. Athen. V, 216 C.
3) conferas quae sub finem in capite de Antisthenis declamationibus dixi.
4) cf. porro Schwartzium in mus. rhen. t. 44, pg. 164, 4. »Wenn die Vermutung richtig ist — scil. Xenophontem, postquam Trasyllo duce a. 409 equo stipendia meruit a. 408 Athenas revertisse — so muss X. spätestens 427 geboren sein, aber auch nicht viel früher. Dass er 401 einige Jahre jünger als 30 war, steht mir unbedingt fest.«

quoque aequalem vicesimum aetatis annum agentem Socrati sese adplicuisse (cf. Hermodor. apud Laert. Diog. III, 6). Ergo vel sex vel quinque vel quattuor annos circum Socratem fuit; at num per totum tempus philosophiae studebat? Res bellicas amabat iisque certe operam navabat maxime, an putas tu eum ducem esse natum? Quas res si nobiscum reputaverimus, facere non poterimus, quin virorum doctorum, quos supra citavi, iudicium nostrum reddamus. Ex Xenophontis enim scriptis eum summa familiaritate coniunctum fuisse cum Socrate minime elucet.

Quid? quod Xenophontem Socratis alumnum non commemorat Plato, non commemorat Aristoteles? Licet simultas intercesserit inter Platonem et Xenophontem (cf. Boeckh, disputatur de simultate etc. Berol. 1811 et Teichmueller, »litterarische Fehden im 4. Jahrh. v. Chr.« II, pg. 43), Aristotelem tamen, quippe qui tanquam medius neque in alterius favorem inclinatus sit, non nominare Xenophontem memoratu dignum est. Quod Socratis defensionem scripsit Xenophon, non est, cur eum unum ex Socratis fidelissimis existimemus. Defensionem enim Socratis composuere multi, ut nomina proferam, Lysias, Theodectes, alii.

Itaque Xenophon, ex Asia redux, cum de Socrate certamen inter litteratos ortum videret, pro sua quoque parte memoriam magistri — nam fuit certe Socrates Xenophontis magister — pie colere constituit. Quoniam vero bella tempus ei non concesserant, ut sese dederet memoriis, saepe inventio atque excogitatio, saepius Antisthenis amici scripta ei videntur subvenisse, quandoquidem ex ipsius Xenophontis verbis (in Comment. I, 3, 1) eum scriptio commentariis usum non esse apparet. Ergo multas sententias Socratis doctrinae speciem prae se ferentes ex Antisthene depromptas esse proclivis coniectura est.

Liquido igitur subscribendum est ei sententiae, quam proposuit Reinhardtius; at non solum invehitur in Antisthenem Xenophon, sed multis in rebus eum plane est sectatus et in Commentariis et in omnibus scriptis philosophicis. Qua in re quo consilio motus sit, explanat Birtius in mus. rhenan. t. 51, pg. 155; cuius mihi verbis uti liceat: »Nicht nur Einzelnes, sondern ganze Gedankengänge, ganze Themen nahm er von dort (aus A. Schriften), bisweilen um sie stillschweigend zu berichtigen und seiner, der Xenophontischen Denkweise anzugleichen, oft wohl auch nur, um sie populärer, lesbarer umzuschreiben und in seinem Griechisch, das mutmasslich doch wohl leichter fasslich war, zum Eigentum seines weiteren Leserkreises zu machen.«

Iam vero in fronte disputationis nostrae ponamus Xenophontis de Antisthene iudicium, quod summum eius studium prodat; extat apud Laert. Diog. VI, 15: *ὁ δὲ Ξενοφῶν ἥδιστον μὲν εἶναι περὶ τὰς ὁμιλίας φησὶν αὐτόν* (scil. *τὸν Ἀντισθένην*), *ἐγκρατέστατον περὶ τἆλλα.*

Perlustremus porro Xenophontis locos, ubi Antisthenes citatur; neminem vero effugisse arbitror eum a scriptore semper cum

amore quodam atque favore depingi. Dicitur igitur Antisthenes Socratis discipulus (in Comment. I, 3), nunquam eum reliquit (in Comment. III, 11, 17), cum eo disputat Socrates de amicorum pretio (in Com. II, 5, 1). Socratem interrogat, cur Xanthippen non erudiat (in Conv. II, 10), videtur negasse virtutem doceri posse (in Conv. II, 12), quamquam homo pauper est, tamen divitiis gloriatur (in Conv. III, 7 et IV, 34).

Summi vero momenti est, quod rectissime animadvertit Joelius in libro, quem supra citavi (pg. 382), unum illum virum, quem Xenophon sibi fontem fuisse doctrinae Socraticae commemorat in Comment. IV, 8, 4 Hermogenem [1]), permultum habere rationis cum Antisthene.

His de Antisthenis vita et de consuetudine, quam habebat cum Xenophonte, praemissis accedamus ad rem ipsam inspiciamusque Antisthenis doctrinam, quid apud Xenophontem valuerit.

Sic autem disputationem nostram disponamus, ut primum quaeramus, quibus in rebus hic contradixerit Antistheni, deinde, quemadmodum eum secutus sit.

B.

a. Quibus in rebus Xenophon contradixerit Antistheni.

Quoniam Xenophon non universam Antisthenis philosophiam, sed quaedam tantum eius dicta vituperat, ita nobis procedendum videtur esse, ut in singulis Xenophontis scriptis Antisthenis demonstremus reprehensionem. Liceat nobis ab iis incipere, quae prae ceteris Xenophonti philosophi nomen paraverunt: Socratis Commentarios dico.

Quo tempore Xenophon Commentariorum primam partem edidit, Antisthenes certe iam libros scripserat; vestigia enim invenimus satis impressa, quibus Xenophontem improbare sententiam aliquam Antisthenis clarum fiat. Defendit scilicet Xenophon in Comment. I, 2, 9—48 Socratem a legum et rei publicae despectu, quem in animis adulescentium nutriisse dixerat *ὁ κατήγορος*. Iustum esse concedit, quod crimini detur. Socratem enim non prius familiares suos in rerum civilium scientia instituere debuisse quam animi sanitatem illi didicissent, pergit sic: I, 2, 17: *ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγω· πάντας δὲ τοὺς διδά-*

---

1) de Hermogene cf. Winckelmannum in Ant. frgm. pg. 48 adnot. 1 et Muellerum-Struebingium in libro, cui inscripsit ‚Aristophanes und die historische Kritik' in appendice ad pg. 697.

Satis acerbe more suo Antisthenes causam agit pauperis amici Hermogenis, qui fratrem habebat ditisimum Calliam, sed omnium rerum inopia premebatur (vid. Plat. Cratyl. pg. 384 C. 386 A. B. 391 C. Xen. comment. II, 10, 3). Suspicatur W in Cratylo sub Hermogenis persona Ant. quaest. grammaticas examinari.

σκοντας ὁρῶ αὐτοὺς δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν, ἧπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἃ διδάσκουσιν, καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζοντας. Ita Socratem quoque egisse et de virtute et de rebus humanis ceteris praeclarissime disseruisse: Alcibiadem et Critiam, quibus nominibus sententiam suam munierat Polycrates, bonae frugi fuisse, quamdiu Socratis uterentur familiaritate. Iam nolo urguere, quod contentione notionum αὐτοὺς δεικνύντας (i. e. πράττειν) καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζειν (i. e. λέγειν), praedicatione illa διαλεγόμενον κάλλιστα περὶ ἀρετῆς (cf. Antisth. περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ἀντιλογικός, περὶ διαλέκτου tom. II), nec non ipso illo quod est οὐκ ἀντιλέγω (cf. Diog. Laert. IV, 16, Aristot. Metaphys. IV pg. 119 B) possit aliquis Antisthenis admoneri; plane autem Antisthenem deprehendimus in eo quod sequitur I, 2, 19: Ἴσως οὖν εἴποιεν ἂν πολλοί, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ὁ δίκαιος ἄδικος γένοιτο κ. τ. λ. ἐγὼ δὲ περὶ τούτων οὐχ οὕτω γιγνώσκω. In quibus Xenophon Antisthenis sententiae contradixit prolatae in Hercule: τὴν ἀρετὴν ἀναπόβλητον ὑπάρχειν[1]). Ergo Hercules Antisthenicus tum iam in publicum prodierat, ita ut Xenophon nonnullas eius sententias acri stilo pertractare posset. Ergo tempus quo scripserit Antisthenes Herculem, circa a. 394 definire licet. Designari eundem Antisthenis dialogum in Xenophontis Cynegetici cp. XII nuper suo iure contendit Kaibelius[2]) in Hermae tom. XXV pg. 581 sq. Quae si consideramus, omnes tolluntur opiniones eorum, qui Xenophontem conscripsisse Cynegeticum censent, antequam ad Cyrum proficisceretur. Licet enim opusculum illud inter prima Xenophontis conamina ponas, tamen vix ante a. 390 conditum esse a Xenophonte pro certo affirmabis. Tum paene quadraginta annos natus certe dicere potuit II, 18 παραινῶ τοῖς νέοις (cf. praeterea XIII, 17).

Quatenus in Commentariorum parte secunda adhibuerit Xenophon Antisthenis libros, in praesens non diiudico, cum Antisthenem plurimis in rebus non refutaverit, sed secutus sit. Uno solummodo loco Antisthenem increpare videtur Xenophon. Scriptum enim est apud Xenophontem in Comment. I, 4, 1: εἰ δέ τινες Σωκράτην νομίζουσιν, ὡς ἔνιοι γράφουσί τε καὶ λέγουσι περὶ αὐτοῦ τεκμαιρόμενοι, προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ᾽ ἀρετὴν κράτιστον γεγονέναι, προαγαγεῖν δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν οὐχ ἱκανὸν κ. λ., Xenophon eorum opinionem, qui Socratem ut ita dicam, elencticum tantum depingant, non plane falsam, sed parum

---

1) Illo πολλοὶ τῶν φασκόντων φιλοσοφεῖν praeter Antisth. Protagoras quoque significari potest. cf. Duemmler Acad. pg. 199.

2) Nuperrime coniecturam protulit de Cynegetico Radermachus in mus. rhen. t. 51, pg. 596 sq. Quodsi dicit ille pg. 615: »so bleiben thatsächlich nur zwei ernsthaft zu nehmende Möglichkeiten, entweder das Buch über die Jagd ist untergeschoben, oder eine Jugendschrift X.«, id quod secundo loco posuit, libenter probo. Dissentit a Kaibelio Duemmlerus in Philologi tom. L, pg. 228 sq., sed ea dissensio nostra in inquisitione nil refert.

esse accuratam censet. Quem significaverit Xenophon, nemini in occulto esse potest. Nuper scilicet Nordenus (Jahns Jahrb. Suppl. XIX, pg. 380) θεὸν ἐλεγκτικόν apud Plat. soph. 216 ad Antisthenem rettulit.

Transgrediamur ad aliud Xenophontis opus philosophicum, Cyropaediam dico. In Cyropaedia vero certe Xenophontis cum Antisthene conexus inest, condidit enim Antisthenes duos dialogos, qui inscribebantur *Κῦρος* et *Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας* (cf. Laert. Diog. VI. 16, Athen V, 220 C). Quodsi Antisthenem in dialogis rem militarem haud respexisse consideraverimus, facile intellegemus hac in re Xenophontem additamentum ad amici opus proponere studuisse; itaque equidem Cyropaediam post Antisthenis dialogos scriptam esse arbitror. Ex Athenaeo porro compertum habemus (Athen. V, 220 C) Antisthenem in altero Cyrorum maledixisse Alcibiadi, quod Persarum more cum matre, filia, sorore concumberet. Itaque nonne in Antisthenem Xenophon invehitur, quod in Cyrop. V, 1, 10 Araspam Medum, Cyri familiarem, dicentem facit: *αὐτίκα, ἔφη, οὐκ ἐρᾷ ἀδελφὸς ἀδελφῆς, ἄλλος δὲ ταύτης, οὐδὲ πατὴρ θυγατρὸς, ἄλλος δὲ ταύτης· καὶ γὰρ νόμος καὶ φόβος ἱκανὸς ἔρωτα κωλύειν?* Vide supra pg. 19. Nec vero Cyrus solus fuit, propter quem haec omnia narranda suscepit Xenophon, agitur potius de arte hominibus imperandi. Cuius artis summa dignitas aetate illa, qua Graecorum res maxime perturbatae erant, elucebat; condidit tum circa a. 375 usque ad a. 360 Isocrates orationes tres quae Nicocleae vocantur; citantur Antisthenis scripta politica: *περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας, Μενέξενος ἢ περὶ βασιλείας.*

Age iam inspiciamus Commentariorum tertiam partem, in qua usum esse Xenophontem Antisthene postea demonstrabo; unum hic laudare volo locum quo ab illo recesserit; legimus in Comment. III, 9, 6 de Socrate: *οὐ μέντοι γε τὴν ἀνεπιστημοσύνην μανίαν ἐνόμιζε;* quibus verbis certe Xenophon contradixit Antistheni, qui *τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι* sibi persuasit.

Sequitur libellus ille *περὶ παιδείας* (Comment. liber quartus). In nullius autem philosophi disciplina *παιδεία* eum locum obtinebat, quem in Antisthenis doctrina; extant enim in operum eius t. VII libri quinque *περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων.* De iis autem recte adnotat Birtius (pg. XXI) »Ex illo *ἢ ὀνομάτων* efficitur Antistheni in his libellis artem dialecticam, quae apud Xenophontem non nisi partem unam et tertiam quidem institutionis occupavit, momento multo maioris esse visam, ut certe principalem ei locum concederet; sic enim ille: *ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις* (Epict. dissert. I, 17, 12)« Nuper idem doctissimus vir gravibus probavit argumentis Xenophontem in Comment. IV, 3, 1 nobis praebere Antisthenis librorum *περὶ παιδείας* dispositionem et ipsum emendare eam secundum suum arbitrium (in mus. rhen. t. LI

pg. 155 sq.). Quare et nexus et diversitas horum scriptorum plane apparet.

In *Convivio* Xenophontis multa Antisthenis deprehendimus vestigia (conferas infra), differentiae minus comparent.

Item primo obtuitu clarum fit Xenophontis et Antisthenis *Oeconomicos*[1]) naturali quadam societate inter se esse coniunctos, cf. Vogel, die Ökonomik des Xenophon (Erlangen 1895) pg. 37 sqq.

Ad extremum Xenophontis, qui *Hiero* inscribitur libellus, in examen vocetur. Quo in opusculo haud scio an scriptor contra Antisthenem se verterit. Xenophonti enim quamquam plane displicuit plebis imperium et quamquam magis magisque eam condicionem odio persecutus est, in quam plebis imperium necessario exit, tyrannidem dico, tamen in Hierone, qua ratione etiam tyrannorum vita et iucundior et utilior esse queat, enarrat. Itaque ei hac in re nimis acerbus Antisthenes visus est. Extat enim Antisthenis de tyrannide dictum apud Stobaeum (cf. Winckelmann, Antisthenis fragm. pg. 59): *Ἀντισθένης ὁ φιλόσοφος τοὺς δημίους εὐσεβεστέρους ἔλεγεν εἶναι τῶν τυράννων, πυθομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν, ἔφη, ὅτι ὑπὸ μὲν τῶν δημίων οἱ ἀδικοῦντες ἀναιροῦνται, ὑπὸ δὲ τῶν τυράννων οἱ μηδὲν ἁμαρτάνοντες.* Cf. praeterea epistul. Socrat. XI: *οὐ γὰρ αὐτῷ* (scil. *τῷ Ἀντισθένει*) *ἀρέσκει τυράννοις φίλοις χρῆσθαι,* et quod Antisthenes profert in Xenoph. Conv. IV, 36 *αἰσθάνομαι*

1) Quid spectarit in Oeconomico Antisthenes, conicere licet (cf. Joel pg. 390); haud scio an fuerit coniunctio artis politicae et oeconomicae, fortasse alludit Plato ad Antisthenes rationem in Politico 267 C — 275 C; certe Antisthenes studiis suis Homericis ad eam sententiam adductus est. In Conv. Xenoph. IV, 6 ait Niceratus, qui item studiis Homericis operam navavit, adsentiente Antisthene: *ἴστε γὰρ δήπου ὅτι ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων. Ὅστις ἂν ὑμῶν βούληται ἢ οἰκονομικὸς ἢ δημηγορικὸς ἢ στρατηγικὸς γενέσθαι, ... ἐμὲ θεραπευέτω κ. τ. λ.* Compares praeterea Xenoph. Oecon. XXI, 2, ubi Xenophon Antisthenis sententiam reddere videtur propositam in Oeconomico: *Νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἀλλὰ τόδε τοι, ὦ Σώκρατες, τὸ πάσαις κοινὸν ταῖς πράξεσι, καὶ γεωργικῇ καὶ πολιτικῇ καὶ οἰκονομικῇ καὶ πολεμικῇ τὸ ἀρχικὸν εἶναι, τοῦτο δὴ συνομολογῶ σοι ἐγώ.* Conferas porro Comm. III, 4. Antisthenes ille ibi commemoratus nisihoc loco nobis non occurrit. Nonne philosophus ipse significari videtur, cum ille Antisthenes et vir rem suam bene administrans et bonus dux depingatur?

In Diogenis catalogo hic Antisthenis dialogi titulus extat: *περὶ νίκης οἰκονομικός*; inepte compositum esse eum luce clarius est; viri docti sicut Muellerus (pg. 48), Birtius de re libraria antiqua (pg. 449, 2) ad hoc remedium confugiunt, ut et de victoria dialogum et oeconomicum statuant; aliudne remedium melius sit, cum scribamus *περὶ Νικηράτου οἰκονομικός*?

De Nicerato vero nec non de simultate quae intercesserat inter eum et Antisthenem inspicias librum illum praeclarissimum, quem nuperrime edidit Ivo Bruns: das literarische Porträt der Griechen im 5. und 4. Jahrh. v. Chr. 1896, pg. 354 sqq. 392 sqq. Similes A. dialogorum tituli hi sunt: *περὶ σοφιστῶν φυσιογνωμονικός δ' ε'* (cf. Laert. Diog. VI, 16 ed. Cobet).

δὲ καὶ τυράννους τινάς, οἳ οὕτως αὖ πεινῶσιν χρημάτων, ὥστε ποιοῦσι πολὺ δεινότερα τῶν ἀπορωτέρων· δι' ἔνδειαν μὲν γὰρ δήπου οἱ μὲν κλέπτουσιν, οἱ δὲ τοιχωρυχοῦσιν, οἱ δὲ ἀνδραποδίζονται. τύραννοι δ' εἰσί τινες, οἳ ὅλους μὲν οἴκους ἀναιροῦσιν, ἀθρόους ἀποκτείνουσιν, πολλάκις δὲ καὶ ὅλας πόλεις χρημάτων ἕνεκα ἐξανδραποδίζονται. Vehementer igitur vexabat tyrannos Antisthenes.

Ceterum Xenophontis de Hierone libellus Antisthenis redolet lucernam; quod paucis indicabo: conferas enim Antisthenis dictum in Conv. IV, 36 et Hier. VI, 11: οἱ τύραννοι τοίνυν ἀναγκάζονται πλεῖστα συλᾶν ἀδίκως καὶ ἱερὰ καὶ ἀνθρώπους διὰ τὸ εἰς τὰς ἀναγκαίας δαπανὰς ἀεὶ προςδεῖσθαι χρημάτων (X. tyrannos quodammodo defendit); Hiero XI, 13: θησαυροὺς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους; quocum compares Cynicum illud apud Laert. Diogen. IV, 72 κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Nec non quod exponitur in Hieron. I, 19 ἔπειτα δ' ἔφη ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ ἔμπειρος εἶ ὅτι ὅσῳ ἂν πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκανῶν, τοιούτῳ καὶ θᾶττον κόρος ἐμπίπτει τῆς ἐδωδῆς, admonet nos Antisthenis nullius rei indigere necesse esse hominem sescenties praedicantis. Et haec quidem hactenus.

b. De Xenophonte Antisthenis sectatore.

Xenophontis scriptorum philosophicorum seriem secuti rationem certe intercedere inter Antisthenem et Xenophontem vidimus et recte olim censuisse Reinhardtium alterum ab altero impugnari. Sed non solum in Antisthenem invehitur Xenophon, sed multo maior est consensio inter utrumque scriptorem. Quo factum est, ut iam in antecedentibus terminus inquisitionis accurate poni nequiret nonnullaque commemorarem, in quibus potius sectator Antisthenis extitit Xenophon.

Ad rem propositam cum opportunius sit visum a levioribus ascendere ad graviora, liceat mihi priore loco agere de disciplinis ad philosophiae ipsius limen positis. Et duas quidem artes sibi invenisse videbatur Antisthenes, quibus vera rerum natura tanquam divinitus patefieret: originationem vocabulorum, quibus naturalem inesse veritatem arbitrabatur, et poetarum imprimis Homeri explicationem, quos ut deorum interpretes colebat. In utraque re Xenophon Antisthenis alumnus est. Definitio [1]) verbi διαλέγεσθαι (διαλέγειν κατὰ γένη τὰ πράγματα) in Comment. IV, 5, 12, explicatio verbi εὐωχεῖσθαι in Comment. III, 14, 7 vix Socratis in usu fuit, sed Antisthenes hic exemplar exstitit, cuius cum Prodico, vocabulorum originationis tanquam

---

1) de vocabulorum originatione conf. Welckerum in mus rhen. t. I, 543.

patre, rationem ipse detegit Xenophon in Conv. IV, 62. Item definitio illa accurata iactatoris (ὁ ἀλαζών) in Cyrop. II, 2, 12 Cynicorum nos admonet, cf. Dion. Chrys. or. LV 284 R. [1]).

In Xenophontis Convivio (VIII, 30) Ganymedis nomen explicatur more prorsus Antisthenico. Nomen Γανυμήδης scinditur in duas partes, quarum prior derivatur e verbo Homerico γάνυμαι, altera e vocabulo μῆδος, consilium; γάνυμαι autem idem est atque ἥδομαι, cuius verbi cum adiectivo ἡδύς affinitas pro certo habetur; μῆδος voce βούλευμα explicatur. Γανυμήδης ergo is est, qui dulcia sive pulchra habet consilia et vertendus est sermone saeculi quarti ἡδυγνώμων. Quibuscum compares etymologias, quas illudit Plato in Cratylo [2]) 397 D: ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς ἐπονομάσαι (φαίνονταί μοι) et Cratyli 409 A: sicut θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν, ἥλιος, dorice ἅλιος ἀπὸ τοῦ ἁλίζειν.

Antisthenis studia Homerica [3]) in operum indice apud Laertium Diogenem tomos VIII et IX implent dialogorumque reliquias quae extant in scholiis veteribus satis largas collegit Winckelmannus in Antisth. frgm. pg. 24—28.

Qua in Antisthenis interpretatione duplex studium agnoscitur, et ut defendat maximum poetam, Graeciae universae magistrum, contra obtrectatorum Xenophanis, Heracliti, fortasse etiam Platonis opprobria et ut testem producat locupletissimum, qui Cynicorum philosophiam confirmet. Ulixes, quid virtus et sapientia possit, utile exemplar, in deliciis fuit Antistheni prae ceteris heroibus Homericis. Id approbant Antisthenis de Ulixe scripta (Κύκλωψ ἢ περὶ Ὀδυσσέως, περὶ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Πηνελόπης, Ὀδυσσεὺς ἢ Ὀδυσσέως λόγος).

Iam vero in praedicando Ulixe Xenophon Antisthenem sequitur; in Comm. I, 3, 7 enim ab incantationibus Circae liber Ulixes memoratur, bonus orator [4]) depingitur in Comment. IV, 6, 15 (cf. Hom. Odyss. VIII, 171). Invidia eius perit Palamedes in Comm. IV, 2, 33 [5]). Palamedes ab eius sapientiae partibus stat, quam improbant Cynici; est enim auctor ἐγκυκλίου illius παιδείας [6]) quam Antisthene duce depingit

---

1) Dionem Chrysostomum in nonnullis orationibus usum esse fontibus Cynicis egregie Ernestus Weber (Leipziger Studien t. X, pg. 79 sq.) probavit.

2) Contra Antisthenem conscripsisse Platonem Cratylum probat Duemmlerus, exercit. grammat. specim. pg. 51—61.

3) De Antisth. stud. Homericis ef. Duemmleri Antisth. pg. 16.

4) ἔφη δὲ καὶ Ὅμηρον τῷ Ὀδυσσεῖ ἀναθεῖναι τὸ ἀσφαλῆ ῥήτορα εἶναι, ὡς ἱκανὸν αὐτὸν ὄντα διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις ἄγειν τοὺς λόγους, quocum compares Ant. frgm. apud. W. 65, 49: Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τί διδάξει τὸν υἱόν, εἶπεν, εἰ μὲν θεοῖς μέλλει συμβιοῦν φιλόσοφον, εἰ δὲ ἀνθρώποις ῥήτορα. cf. Joel pg. 354.

5) A crimine Palamedis necis Ulixem vindicare videtur Xenophon in Venat. I, 11; certe hic X. rem ad suum tractat arbitrium, cum in Memorabilibus arctius ad Antisthenem sese adiungat.

6) Laert. Diog. VI, 103: παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα.

Dio Chrysost. in orat. XIII pg. 428 R: *καὶ τὸν Παλαμήδην οὐδὲν ὤνησεν αὐτὸν εὑρόντα τὰ γράμματα πρὸς τὸ μὴ ἀδίκως ὑπὸ τῶν Ἀχαίων τῶν ὑπ' αὐτοῦ παιδευθέντων καταλευσθέντα ἀποθανεῖν κ. τ. λ.*

Palamedis persona a Gorgia introducta in scenam (cf. Gorgiae pro Palamede oratio) a multis posthac usitatur. Plato in rei publ. VII, 522ᵉ Palamedem defendit ab Antisthene, praeterea conferatur Alcidamantis qui fertur oratio: *Ὀδυσσεὺς κατὰ Παλαμήδους προδοσίας.*

E studiis Homericis alia quoque nascitur Antisthenis et Cynicorum proprietas, largum dico comparationum, allegoriarum fabularumque usum. Hac quoque in re Antisthenem Xenophon sectatur; testis sit mihi Iulianus orat. VII, 404: *Ἀντισθένει καὶ Ξενοφῶντι πραγματευομένοις ἠθικάς τινας ὑποθέσεις, ἡ τῶν μύθων ἐγκαταμέμικται γραφή.*

In Cyrop. V, 1, 24 rex confertur cum apium duce; certe haec comparatio recedit ad Cynicos, cum similem scriptam videamus apud Dionem Chrysost. in orat. IV pg. 161 R, qui in hac oratione Cynico fonte usus est; addas quae de regno, de regio ornatu, de apibus apud Epictetum (in diss. III, 22 *περὶ κυνισμοῦ*) leguntur [1]).

Circae fabula apud Xenophontem in Comment. I, 3, 7 allegorice explicatur persimili ratione qua apud Dionem Chrysostomum in orat. VIII, 283, XXXIII, 28, LXXVIII, 427 R, qui certe e Cynico fonte hausit. Ceterum Antisthenes ipse *περὶ Κίρκης* dialogum scripsit. In adnotationibus illis fabulosis quae inveniuntur in Xenoph. Cyri expeditione veluti IV, 4, 16, I, 2, 13 *ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη τοῦ Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ᾗ λέγεται Μίδας τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι οἴνῳ κεράσας αὐτήν*, Linckius 'Zur Xenophon-Kritik' in Hermae tom. XVII pg. 305 interpolatorem quendam odoratur, at immerito mea quidem sententia; immo Antisthenis imitatio hic Xenophonti obversabatur; conferas illius dialogum, qui inscribitur '*Μίδας*' (tom. X).

Ex Cynicis redundavit quod legimus in Comment. I, 3, 13. Disputatur de pulchrorum consuetudine: pulchros osculari acrius esse quam phalangii ictum. Item quod sequitur: fortassis etiam amores hac ipsa de causa sagittarii dicuntur, quod pulchri etiam longo ex intervallo vulnus infligant, non spurium est, sed a Xenophonte Cynicorum in modum dictum. Easdem enim sagittas in Venerem ipsam adhibere vult Antisthenes; cf. Antisth. frgm. 35 apud Mullachium, frgm. philos. graec. vol. II: *ἐγὼ δὲ ἀποδέχομαι τὸν Ἀντισθένην τὴν Ἀφροδίτην λέγοντα κἂν κατατοξεύσαιμι, εἰ λάβοιμι, ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν.*

Persaepe apud Cynicos hominum stultitia ita evincitur, ut comparationibus a stultissimo quoque animalium

---

1) Similia apud Vergilium in Georg. l. IV invenimus.

genere petitis homines imprudentes non meliores esse ostendatur quam illas bestias. Ita Antisthenes comparat sophistas discipulis suis sapientiam inculcantes cum servis porculos per vim saginantibus; cf. Athen. XIV 656 sq., qui locus fortasse defluxit ex Antisth. dialogo *περὶ τῶν σοφιστῶν φυσιογνωμονικός* (tom. II). Eandem sophistarum contemptionem Xenophon quoque prae se fert in Comment. I, 6, 13; ubi qui sapientiam pro pecunia cuivis volenti prostituunt, sophistas quasi impudicos vocat.

cf. Diogenem apud Dion. Chrys. or. 4 pg. 153 R.	Xenoph. in Comm. I, 6, 13.
καὶ γνώσῃ, ὅτι οὐδὲν διαφέρει σοφιστὴς ἄνθρωπος εὐνούχου ἀκολάστου.	*καὶ τὴν σοφίαν ὡσαύτως τοὺς μὲν ἀργυρίου τῷ βουλομένῳ πωλοῦντας σοφιστὰς ὥσπερ πόρνους ἀποκαλοῦσιν.*

Etiam meretrix ad bestias trahitur quae quasi venatrix depingitur a Xenophonte in Comm. III, 11, 8; item amicus appellatur *θηρίον* in Cyrop. VIII, 7, 14; cf. supra pg. 15 et 16.

Quod dicitur in Comment. I, 2, 30 de Critiae libidine: cum Critias omnibus monitis non pareret, dixisse perhibent Socratem videri accidisse Critiae aliquid quod proprium sit porcorum naturae (*ὑϊκὸν αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας*), id certe Cynicorum usum designat [1]).

E studiis Homericis etiam Antisthenis rhapsodorum contemptus proficiscitur; nam sine sensu illi carmina sapientiae plena decantabant. Dicit ipse Antisthenes apud Xenoph. in Conv. III, 6 *οἶσθα οὖν ἔθνος ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν*; in Comm. IV, 2, 10 Euthydemus Antisthenicus eos significat: *τοὺς γάρ τοι ῥαψῳδοὺς οἶδα τὰ μὲν ἔπη ἀκριβοῦντας* (cf. Conv. III, 9 *οἱ ῥαψῳδοὶ πάντες ἐπίστανται ταῦτα τὰ ἔπη*) *αὐτοὺς δὲ πάνυ ἠλιθίους ὄντας*. Itemque cum contemptione quadam Xenophon in Cyrop. III, 3, 54 scripsit: *δυνήσεταί τις ἀποῤῥαψῳδήσας*.

Restat, ut proprium commemorem Cynicorum morem, quo *παίγνια* [2]) excolebant. Ita nempe loquebantur, ut seria cum iocis arta necessitudine coniuncta essent (cf. de hoc Cynicorum usu Demetr. Rhet. de elocutione cp. 170). Quod in Socrate quoque Xenophonteo [3]) nobis occurrit. Ad vocis *σπουδογελοίων* simi-

---

1) Porci apud Antisthenem persaepe usitati sunt. cf. Ant. Odyss. § 6, ubi de Aiace: *ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος κ. τ. λ.* cf. porro apud Plat. de re publica 372 A commemorationem porcorum civitatis ad Ant. spectantem; item comparationem illam *θηρίον ὕειον* (535 E; vide Duemmler Antisth. pg. 35 sq.); compares praeterea Themist. *περὶ ἀρετῆς* (in mus. rhen. t. 27, 451) § 33: Der aber, dessen Interesse an den Dingen der Welt ist, ... ist nicht ein Weiser, wie Antisthenes sagt, sondern gleicht dem Tiere, dem der Koth behaglich ist, de quo loco v. Joel pg. 382.

2) Scripsit Monimus Syracusanus ludicra seriis quae involvuntur sententiis permixta; cf. Laert. Diog. VI, 83. *γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λεληθυίᾳ μεμιγμένα.*

3) Potest fuisse vere Socratis proprietas, nam similia apud Platonem quoque inveniuntur.

litudinem dicitur in Comment. Xenoph. I, 3, 8 *ἔπαιζεν ἅμα σπουδάζων*, Comment. IV, 1, 1 *παίζων οὐδὲν ἧττον ἢ σπουδάζων ἐλυσιτέλει τοῖς συνδιατρίβουσιν*, in Cyrop. VI, 1, 6 *ἔπαιζον σπουδῇ*, cf. Dion. Chrys. or. 2 pg. 78 R *ἅμα σπουδῇ ἐπαιξάτην*.

Quin etiam personae Xenophonteae omnino iocum in deliciis habent; cf. Comment. I, 3, 7 IV, 1, 1; Cyrop. II, 2; 1 V, 2, 18 VI, I, 2—6 etc. Imprimis vero cavillantur inter pocula et epulas. Qua in re Xenophon, cum ludibria ea homines ad virtutem excitare existimet (cf. in Cyrop. II, 2, 1 et Comm. IV, 1, 1), certe Cynicos sequitur; videas modo Demetr. de elocut. c. 170 iam supra citatum, quo capite de Cynicorum serio iocandi consuetudine et vi et utilitate ad educandos homines verba facit.

Apophthegmata praeterea atque chrias illas, quae prae ceteris apud Cynicos usitatae erant, Socrates quoque Xenophonteus adhibet. Conferas quaeso Mem. l. III cp. XIII et XIV, de quibus recte iudicat Birtius ‚de comment. Socrat. compos.' pg. 13: »ibi miscellaneae historiolae, dicteria, responsa breviuscula, uniformia, simplicia, ad vitam communem nimis pertinentia, satis insulsa pleraque recensentur quasi per saturam, incipiunt fere ut in apophthegmatum collectionibus: *ὀργιζομένου δέ ποτέ τινος*, vel *ἄλλου δὲ λέγοντος*, vel *ἄλλου δ' αὖ λέγοντος*, *κολάσαντος δέ τινος*, *φοβουμένου δέ τινος* (cf. Antisth. et Diog. apophthegm. fragm. *εἰπόντος αὐτῷ τινος*, *πυνθανομένου τινος*, *ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος*). Oracula Socratis huius fere prosapiae sunt: inediam optimum remedium esse contra cibi fastidium; in potu ciboque ne simus nimis difficiles; quae omnia et re et conformatione memoriam faciunt chriarum et characteris Cynici, nisi quod ipso sale Bioneo destituuntur«.

Hic vero mihi data sit facultas chrias [1]) paulo accuratius tractandi. Scilicet in fronte Commentariorum Socraticorum positus est titulus: »*Ἀπομνημονεύματα Σωκράτους*«; atque arctius intercedere vinculum inter apomnemoneumata et chrias testis est locus apud Hermog. prog. c. 3 (apud Spengelium, rhet. graec. II, pg. 6, 5) *χρεία ἐστὶν ἀπαμνημόνευμα λόγου τινὸς ἢ πράξεως συναμφοτέρου σύντομον ἔχον δήλωσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, χρησίμου τινὸς ἕνεκα.* Itaque a chriis apomnemoneumata tantum narrationum longitudine differunt. Origo chriarum cum philosophica Cynica arte cohaeret, spectant enim Cynici ipsam ad cottidianam vitam pertinentem utilitatem, et quomodo melius id assequi poterant quam facetis quibusdam historiolis plebem instimulantes? Tales chriae exercebantur in Cynicorum castris, usitatae erant apud Stoicos.

Antisthenes et Diogenes huic chriarum generi operam navasse videntur, Metroclem vero primum chrias hoc nomine inditas litteris mandasse constat, cum apud Laert. Diog. VI, 23 citetur *καθά φησι Μητροκλῆς ἐν ταῖς χρείαις*.

---

1) De chriis conf. Duemmlerum in Antisth. pg. 70; E. Weber, de Dion. Chrysos. pg. 83 sqq.; F. Susemihl, griech.-alexandr. Literaturgesch. I, 31 sq.

Zeno secutus est Stoicus; cf. Laert. Diog. VI, 91: *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἐν ταῖς Χρείαις*, qui titulus eadem certe significat atque Zenonis *ἀπομνημονεύματα Κράτητος* (VI, 4); nec non Cleanthes (Laert. Diog. VII, 174) *περὶ χρειῶν*. Chriarum collectionem falso Aristoteli attributam Val. Rose in Arist. Pseudepigr. 61 Aristoni vindicat, quem conscripsisse undecim chriarum libros e Laertio Diogene (VII, 163) compertum habemus. *Χρειῶν* libros IV citat Diogenes VII, 36 sub nomine Persaei Citiensis, Demetrius Phalerensis peripateticus chriarum thensaurum congessit, Machon Corinthius Aristophanis Byzantini magister *χρείας* composuit, postea chriarum corpus condidit Hecaton Stoicus Panaetii discipulus, unde plurimi hauserunt.

Inde a Xenophonte igitur Antisthenis sectatore longa chriarum auctorum series est. Neque modo in Socratis Commentariis, sed etiam in Cyropaedia Antisthenes Xenophontis in chriis exercendis apophthegmatibusque dux latet, conferas tum historiolas, tum responsiones facetas Cyri pueri in Astyagis aula I, 3, 2 *ἐρωτήσης δὲ αὐτὸν τῆς μητρός* 3. *δειπνῶν δὲ ὁ Ἀστυάγης σὺν τῇ θυγατρὶ καὶ τῷ Κύρῳ* et cet.

Priusquam transeamus ad ipsam philosophiam, videndum nobis est, qui fuerit nexus inter Xenophontis et Antisthenis de rebus civilibus sententias. Etsi hac in re Xenophon sui ipsius est iuris arbitriique, tamen eorum de republica consensio nescio an multum valuerit ad amicitiam inter utrumque conciliandam.

Uterque enim aestimationem et admirationem Lacedaemoniorum reipublicae non celat, quin etiam concedebant Lacedaemoniis locum primum comparatis reliquis, imprimis Athenientibus. Antisthenes Lacedaemoniis laudem attribuit in apophthegm. frgm. 81. (cf. Winckelmann. Ant. frgm. pg. 60) *Ἀντισθένην Ἀττικόν γε ὄντα παραγενόμενον Ἀθήνηθεν εἰς Λακεδαίμονα ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος λέγειν εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν ἐπιέναι*. cf. pr. Laert. Diog. VI, 59.

Xenophon vero notum est quanti aestimaverit Lacedaemoniorum rempublicam, testes sunt loci: Mem. III, 5, 4 Memor. IV, 4, 15 Conv. VIII, 39; conferas locos Cyrop. et Laced. rei publ. admodum similes, quos supra exhibui (pg. 22).

Immo vero non tantum Lacedaemoniorum aestimationem Antisthenes et Xenophon communem habent, sed etiam utrique Thebani invisi sunt; quod de Xenophonte notissimum est. Antisthenis sententiam explanat locus Plutarchi in vit. Lycurgi cp. 30: *Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας, οὐδὲν αὐτοὺς ἔφη διαφέρειν παιδαρίων ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριώντων*.

Res Atheniensium haud ita magni fecit uterque: Athenis enim significatis pesumdatas esse civitates dixit Antisthenes, si bonos et pravos discernere non possent (Laert. Diog. VI, 5), illis suasit, ut plebisscito ex asinis equos facerent (Laert. Diog. VI, 8). Xenophon quoque suffragii morem apud Athenienses usitatum odio per-

sequitur, in Comment. I, 2, 9 Socrati hoc crimini datur: *λέγων ὡς μωρὸν εἴη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι;* ab hoc opprobrio Xenophon Socratem in sequentibus non defendit.

Bene regnandi norma et regula Antistheni *βασιλικὴ τέχνη* videtur (cf. eius quos supra citavi dialogos); similiter Xenophon in Cyropaedia regale imperium depingit eundemque Cyrum exemplar nobis proponit.

Agamemno apud Dionem Chrysostomum *βασιλικῆς παιδεύσεως* exemplum est in orat. II 90 R, ubi idem versus laudatur ex Homero Il. III, 179: *ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής,* qui apud Xenophontem in Comm. III, 2, 2 citatur de Agamemnone, populorum pastore. Fortasse Dioni ille ipse Xenophontis locus obversatur, etiamsi magis in eam inclino sententiam, ut statuam utrumque recedere ad Antisthenem, qui in Conv. IV, 6 regnandi artem Agamemnonis exemplo demonstrans eundem citat versum.

Civitatis bene constitutae fundamentum familia est; contemplemur igitur quid de hac statuerint Cynici. Quo argumento iam progressi sumus ad Cynicorum philosophiam moralem. Ex Athenaeo V, 220 C compertum habemus Antisthenem iu altero Cyrorum maledixisse Alcibiadi, quod Persarum more cum matre, filia, sorore concumberet. Xenophon Antisthenis opinionem suo quoque testimonio planam facere in animo habet in Comm. IV, 4, 20—23 nec non in Cyrop. V, 1, 10 ubi consentiens quidem cum Antisthene Persas ab hoc opprobrio defendit (cf. supra pg. 19). Simul Xenophon his locis invehitur in Antisthenis discipulos; Diogenes enim apud Dionem Chrysostomum (orat. X, pg. 305 R) stultum esse iudicat Oedipum, quod incestum cum matre commissum non sanxerit lege lata, quod ut probetur secundum naturam fieri adfertur ibi Persarum exemplum et bestiarum ab hoc incestu non abhorrentium. Sententiarum Cynicorum et Stoicorum de consanguineis matrimoniis testis est Chrysippus apud Sext. Emp. hyp. III, 246, Laert. Diog. VII, 33 et al.

Quod omnino attinet ad amorem, Xenophontis sententia haud multo distat ab ea, quam in Convivio (IV, 38) defendit Antisthenes. Is enim et aliis nominibus paupertatem suam laudat et hoc argumento *κυνικωτάτῳ* ut ita dicam: »Si quando corpus meum flagitat Veneris cultum, tam facilis sum, tam contentus paratis, ut feminae, ad quas veniam, laeto me excipiant animo (cf. Laert. Diog. VI, 3 *χρὴ τοιαύταις πλησιάζειν γυναιξὶν, αἳ χάριν εἴσονται*), quia qui cum illis rem habere velit, non facile alius quisquam inveniatur«.

Conferas primum Xenoph. Mem. I, 3, 14: *Οὕτω δὴ καὶ ἀφροδισιάζειν τοὺς μὴ ἀσφαλῶς ἔχοντας πρὸς ἀφροδίσια ᾤετο χρῆναι πρὸς τοιαῦτα, οἷα μὴ πάνυ μὲν δεομένου τοῦ σώματος, οὐκ ἂν προςδέξαιτο ἡ ψυχή, δεομένου δέ, οὐκ ἂν πράγματα παρέχοι.*

Praeterea memorabilis est locus in Comment. II, 1. 5 *καὶ τηλικούτων μὲν ἐπικειμένων τῷ μοιχεύοντι κακῶν τε καὶ αἰσχρῶν,*

ὄντων δὲ πολλῶν τῶν ἀπολυσόντων τῆς τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίας, ὅμως δὲ τὰ ἐπικίνδυνα φέρεσθαι, ἆρ' οὐκ ἤδη τοῦτο παντάπασι κακοδαιμονῶντός ἐστιν, quocum conferas, quod dicit Antisthenes apud Laert. Diog. VI, 4: *ἰδών ποτε μοιχὸν φεύγοντα, ὦ δυστυχής, εἶπε, πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἴσχυες.*

Quamvis his in rebus nostra quidem ex opinione modum excederent Cynici, tamen facere nequibant, quin mulierum verecundiae veram attribuerent laudem. Xenophon, quid Cynici senserint, nobiscum communicat, cum scribit in Cyropaed. VIII, 1, 28 *καὶ γυναῖκας δέ, ἃς ἂν αἰδουμένας αἰσθάνωνται, ἀνταιδεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλουσιν ὁρῶντες*, in Conv. I, 8 *βασιλικόν τι τὸ κάλλος εἶναι ἄλλως τε καὶ ἢν μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κέκτηταί τις αὐτό.* A Cynicorum partibus stat Dio Chrys. or. 21 de pulchritudine 506 R *τὸ κάλλος ἐὰν μετὰ αἰδοῦς ᾖ, καὶ τοὺς ἀναιδεῖς τρέπει καὶ ἀναγκάζει αἰδεῖσθαι*, videas Diogenis quoque frgm. 110 apud Mullachium: conspicatus aliquando mulierem indecore coram diis prostratam eamque superstitione levare cupiens, accessit proprius illamque sic allocutus est: Non vereris mulier, ne forte stante a tergo deo— eius enim omnia plena sunt — parum decenter te geras [1])? At posteri Cynici hac quoque in re modum excedebant.

Addam hic alium locum, ubi satis iocose ad Antisthenem alludit Xenophon:

in Conv. IV, 64.	in Cyrop. VIII, 4, 17. 18.
οὗτος (scil. *ὁ Ἀντισθένης*) *ἄν μοι δοκεῖ καὶ πόλεις δύνασθαι φίλας ποιεῖν καὶ γάμους ἐπιτηδείους συνάγειν*	*Καὶ ὁ Γωβρύας εἶπεν: ἢν δέ τις ἐκδοῦναι βούληται θυγατέρα, πρὸς τίνα δεῖ λέγειν; πρὸς ἐμέ, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ τοῦτο· πάνυ γάρ, ἔφη, δεινός εἰμι ταύτην τὴν τέχνην.*

Itaque conciliator matrimoniorum et Antisthenes fuit et Cyrus Antisthenicus.

Sed tempus est, ut accuratius Antisthenis philosophiam contemplemur. Germanum igitur Socraticum sese praestitit Antisthenes ea omnibus anteponendo, quae ad vitam moresque spectant.

Virtutem unam esse ad felicitatem viam docet Antisthenes apud Laert. Diog. VI, 10: *αὐτάρκη δὲ τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν;* nullius rei indigere virtus est; *μηδενὸς προςδεομένη ὅτι μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος.* Itaque Cynicus quasi color inductus est sententiae illi, quam Socrates in Comm. I, 6, 10 proponit.

Laert. Diog. VI, 105.	Xen. in comm. I, 6, 10.
καθάπερ φησὶ Διογένης: θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι, τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων τὸ ὀλίγων χρῄζειν.	*ἐγὼ δὲ νομίζω τὸ μὲν μηδενὸς δεῖσθαι θεῖον εἶναι, τὸ δ' ὡς ἐλαχίστων ἐγγυτάτω τοῦ θείου.*

1) Antisth. frgm. apud Winckelmannum pg. 9.

Conferas praeterea in Comment. IV, 8, 11 *μηδὲ ἄλλου προσδεῖσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι* et Cyrop. VIII, 3, 40.

Eadem et viri et mulieris virtus est; cf. Laert. Diog. VI, 12. *ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή.* Item Xenophon Conv. II, 9: *ἡ παῖς ποιεῖ, ὅτι ἡ γυναικεία φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει — γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται.*

Omnia cetera bona quae secundum arbitrium hominum vitam felicem reddant, dignitas, laus, pulchritudo, divitiae inania sunt Cynicorum ex opinione.

Scriptum videmus apud Laert. Diog. VI, 105: *ἀρέσκει δ' αὐτοῖς* (scil. *τοῖς Κυνικοῖς*) *καὶ τέλος εἶναι κατ' ἀρετὴν ζῆν, ὡς Ἀντισθένης φησὶν ἐν τῷ Ἡρακλεῖ* et postea: *ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ λιτῶς βιοῦν, αὐτάρκεσι χρωμένοις σιτίοις καὶ τρίβωσι μόνοις, πλούτου καὶ δόξης καὶ εὐγενείας καταφρονοῦσιν.* Praeterea inspicias quaeso Laert. Diog. VI, 8 (dicitur de Antisthene): *πρὸς τὸν εἰπόντα, πολλοί σε ἐπαινοῦσι, τί γάρ ἔφη κακὸν πεποίηκα;* Laert. Diog. VI, 11: *τήν τε ἀδοξίαν ἀγαθὸν καὶ ἴσον τῷ πόνῳ.* Adde Arrian. Epictet. dissert. I, 24. Laert. Diog. VI, 72. Laert. Diog. VI, 5. In Xenophontis Conv. IV Antisthenes divitias in animis positas esse existimat. (IV, 34): *ὅτι νομίζω, ὦ ἄνδρες, τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐν τῷ οἴκῳ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν ἔχειν, ἀλλὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς.* Dicit in Comment. IV, 2, 9 Socrates de Euthydemo Cynico: *ἄγαμαί γέ σου, διότι οὐκ ἀργυρίου καὶ χρυσίου προείλου θησαυροὺς κεκτῆσθαι μᾶλλον ἢ σοφίας* (cf. pr. Stob. florileg. III, 46 pg. 39 G). Eandem divitiarum contemptionem praedicat Xenophon in Comment. I, 2, 24. 25, in Cyrop. I, 6, 45, ubi dicitur: *πολλοὶ δὲ τὸν πολύευκτον*[1]) *πλοῦτον κατακτησάμενοι διὰ τοῦτον ἀπώλοντο.*

In sententia illa virtutem doceri posse Antisthenes et Xenophon consentiunt, cf. Laert. Diog. VI, 105: *ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι*, quocum compares Xen. Comm. IV, 6, 10, III, 9, 12, Conv. II, 2, ubi Socrates Antisthene advocato cum vi

---

1) Adiectivo *πολύευκτος* hoc tantum loco utitur Xenophon; certe e poetis id sumpsit, atque Aeschyli locum (Eum. vs. 537 *πολύευκτος ὄλβος*) X. obversatum esse coniecerim. Qui locus effugit Rauschium, qui nuper de ratione Xen. cum poetis Graecorum intercedente egit, in quaest. Xenoph. I, Halis 1881.

Hic mihi facultas sit data exponendi locum aliquem satis memorabilem. Porphyrio enim scholiasta ad Horat. sat. II, 2, 94 adnotat ‚Das aliquid famae, quae carmine gratior aurem occupet humanam'. Hoc Antisthenes dixisse traditur, is enim cum vidisset adulescentem luxuriosum acroamatibus deditum, ait miserum te, adolescens, qui nunquam audisti summum acroama, id est laudem tuam. Hanc ipsam vocem invenimus in Xen. Comm. II, 1, 31 in Prodici de Hercule in bivio fabella; *τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ*, et in Hier I, 14: *ἐπεὶ τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου, οὔποτε σπανίζετε.* cf. pag. anteced. Meo quidem iudicio aut scholiasta Antisthenem cum Xenophonte confundit aut Xenophon verba illa forsitan ex Antisthenis Hercule desumpta Prodici fabulae admiscuit.

quadam dicit: *Οὔτοι τούς γε θεωμένους τάδε ἀντιλέξειν ἔτι οἴομαι, ὡς οὐχὶ ἡ ἀνδρεία διδακτόν.*

Hac quoque in opinione videas Xenophontis et Antisthenis vel Cynicorum conexum. Sicut corporis opera sine exercitatione fieri nequeant, ita animi quoque opera indigere exercitationis. Inspicias locos hos:

in Comm. I, 2, 19.

ὁρῶ γὰρ ὥσπερ τὰ τοῦ σώματος ἔργα τοὺς μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους ποιεῖν οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα τοὺς μὴ τὴν ψυχὴν ἀσκοῦντας οὐ δυναμένους· οὔτε γὰρ ἃ δεῖ πράττειν οὔτε ὧν δεῖ ἀπέχεσθαι δύνανται.

in Cyrop. VII, 5, 75.

ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἀμεληθεῖσαι μείονος ἄξιαι γίγνονται καὶ τὰ σώματά γε τὰ εὖ ἔχοντα, ὁπόταν τις αὐτὰ ἀνῇ, ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν πονήρως πάλιν ἔχει, οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκή, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται.

Diog. apud Laert. Diog. VI, 70.

διττὴν δὲ ἔλεγεν (scil. *ὁ Ἀντισθένης*) *εἶναι τὴν ἄσκησιν, τὴν μὲν ψυχικήν, τὴν δὲ σωματικήν, εἶναι δ' ἀτελῆ τὴν ἑτέραν χωρὶς τῆς ἑτέρας.* cf. Ant. frgm. 124 apud Mullach: *Δεῖ τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἄνδρας γενήσεσθαι τὸ μὲν σῶμα γυμνασίοις ἀσκεῖν, τὴν δὲ ψυχὴν παιδεύειν.*

Virtutem esse armorum instar quae auferri non possunt, dicit Antisth. apud Laert. Diog. VI, 12. Similitudo eius sententiae cognoscitur eo quod scriptum invenimus apud Xenophontem Prodici fabellam explanantem in Comm. II, 32: *βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων .... ἡ ἀρετή.*

Neque vero sufficit cognoscere virtutem unam et solam satis esse ad vitam beatam, illud *γνῶθι σαυτόν* imprimis est opus. Se ipsum cognoscere philosophandi initium est. Conferas Demonactis qui Antonino Pio Marco Aurelio imperantibus Cynicorum vestigia denuo ingressus est, frgm. 8 apud Mullachium: *Δημῶναξ ἐρωτηθείς, πότε ἤρξατο φιλοσοφεῖν, ὅτε καταγιγνώσκειν, ἔφη, ἐμαυτοῦ ἠρξάμην.* Cognosce naturam tuam, id quasi vexillum Cynicis propositum est, cf. Jul. or. 7, 211 C. D. Quid quod in Comment. IV, 2, 24—30 Xenophon de illo *γνῶθι σαυτόν* exponit in capite ceteroquin ad Cynicos[1]) pertinente, nonne eorum more disputatum est, nonne Euthydemus, rerum Cynicarum actor (cf. § 10) Antisthenis profert sententiam, cum dicat (§ 25): *Οὕτως ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὁ μὴ εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀγνοεῖν ἑαυτόν?* Conferas praeterea Cyrop. VIII, 2, 20. Dion. Chrys. or. X, 303 R.

Σωφροσύνη (temperantia, modestia) eximium habet in Xenophontis doctrina locum, cf. Comm. I, 1, 16, II, 1, 22, III, 9, 4, IV,

1) Vgl. Joel, pg. 408: »So sehr die Lehre von der Selbsterkenntnis sicher steht, diese lange Rede zur Erklärung und Verherrlichung weckt schon an sich den Verdacht, dass wieder einmal der eifrige Paränetiker Xenophon den stets fragenden Sokrates abgelöst hat«.

De Cynicorum in illo capite vestigiis inspicias Duemmleri Antisth. pg. 35. Quae res nobis testimonio esse queunt Xenophontem hanc Socratis doctrinam non ab ipso magistro, sed per Antisthenem percepisse.

5, 7 et cet. Quod attinet ad quaestionem, an temperantia quoque sit scientia, commemoratione digna sunt, quae disseruntur de hac re apud Xenophontem a Cyro et Tigrane (in Cyrop. III, 1, 16). Cyrum Xenophon philosophiae Socraticae sententias gravissimas profitentem facit (Cyrop. III, 1, 7, quocum conferas quaeso Comment. I, 2, 19 sq., II, 6, 39, III, 3, 53, III, 9, 4), cum Tigranes ibi sophistae partes agat atque in controversia superior discedat. Xenophon igitur Socraticam sententiam probare non videtur; cuius in opinionem inclinet, quaestio nascitur. Sub Tigranis persona Antisthenem latere recte coniecerit quispiam; Antisthenem enim aliquandiu de Socratis sententia quae fuit omnes virtutes esse scientiam dubitasse atque haesitasse haud scio an significet Xen. in Conv. II, 12.

Ut ex Antisthenis placito sola virtus bonum est, ita sola improbitas malum est; cf. Laert. Diog. VI, 22 *τἀγαθὰ καλά, τὰ κακὰ αἰσχρά*. Sed si quis per inscitiam committit peccatum, praeter voluntatem committat. Quod Xenophon in Cyrop. III, 38 sapientem illum Socraticum dicentem fingit: *ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι, πάντα ἀκούσια ταῦτ' ἐγὼ νομίζω*, statim nos commonefacit Antisthenis sententiae (cf. Ant. Ulix. § 5 apud Blassium pg. 179) *κἀγὼ μὲν οὐκ ὀνειδίζω σοι τὴν ἀμαθίαν· ἄκων γὰρ αὐτὸ καὶ σὺ καὶ οἱ ἄλλοι πεπόνθατε ἅπαντες.*

Mors secundum Antisthenis opinionem malum non est (cf. Epict. I, 24, 6) *Ἀντ. λέγει, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακὸν οὐδὲ γὰρ αἰσχρόν* cf. pr. Laert. Diog. VI, 68. Permultum vero tractasse Antisthenem hanc quaestionem dialogorum tituli probant; cf. Laert. Diog. VI, 17 *περὶ τοῦ ἀποθανεῖν, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, περὶ τῶν ἐν ᾅδου*. Xenophon quoque in Cyrop. VIII, 7, 6—28 Cyrum ipsum moribundum inducit et se et filios argumentis Socrate dignis adloquentem[1]).

Labor tantum abest, ut malum sit, ut ad virtutem educet: conf Laert. Diog. VI, 2, *ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἑλκύσας.* Certe in labore praedicando Xenophon Antisthenem sequitur; cf. Cyrop. VII, 5, 80 *οἱ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς*, de venat. XI, 18 *διὰ πόνων ἐστὶ τυχεῖν ἀρετῆς.*

Quod de invidia Socrates in Comm. III, 9, 8 dicit: *φθόνον δὲ σκοπῶν, ὅ τι εἴη, λύπην μέν τινα ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὔτε μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίαις οὔτε ἐπὶ ἐχθρῶν εὐτυχίαις γιγνομένην*, haud quadrat in Socratis sententiarum nexum, sed inspiciamus, quotiens Antisthenes de invidia sententiam tulerit; cf. Laert. Diog. VI, 5, Dio Chrys. *περὶ φθόνου* or. LXXVII et LXXVIII. Laert. Diog. VI, 5 *ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον οὕτως ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.* In Xenophon. Conv. IV, 43: *ἐγώ τε νῦν οὐδενὶ φθονῶ*, ait An-

1) cf. omnino C. Buresch, consol. a Graecis Romanisque scriptarum histor. critica (Leipziger Studien IX, 21 sq. 35).

tisthenes, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φίλοις καὶ ἐπιδεικνύω τὴν ἀφθονίαν. Gravem personam sustinet invidia in Antisthenis Ulixe (cf. Winckelmann pg. 44). Ibi enim Ulixes dicit de Aiace: φθόνον καὶ ἀμαθίαν νοσεῖς, κακὼ ἐναντιωτάτω αὐτοῖς καὶ ὁ μέν σε ἐπιθυμεῖν ποιεῖ τῶν κακῶν, ἡ δ' ἀποτρέπει.

Iam hoc exemplo discimus adamare Cynicos duarum notionum contentionem. In Antisthenis Aiace et Ulixe repugnant inter se ἀνδρεῖος Ulixes, quia est σοφὸς περὶ πόλεμον, et Aias ἰσχυρός, qui quia robur possidet, sese ἀνδρεῖον esse putat. Sic apud Xenophontem quoque duae notiones saepius opponuntur. ἰσχυρός et ἀνδρεῖος in Conv. IV. 13: τὸν μὲν ἰσχυρὸν πονοῦντα δεῖ κτᾶσθαι τἀγαθά, καὶ τὸν ἀνδρεῖον κινδυνεύοντα, τὸν δέ γε σοφὸν λέγοντα. Cf. praeterea Comm. IV, 5, 11, I, 2, 59. Cyrop. IV, 1, 2. Σοφὸς et ἀμαθής opponuntur in Mem. IV, 2, 31—36. Honesto et liberali contra stat ἀνδραπώδης, servili ingenio praeditus in Comm. I, 16 (cf. Antisth. dial. περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας).

Postulat Antisthenes, ut unicuique rei proprium sit nomen. Illud in Comment. IV, 6, 1 bis memoratum τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων in memoriam vocat Arrian. Epict. dissert. I, 17: Ἀντισθένης λέγει, ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις (ex Ant. dialogo περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων).

His absolutis quid Cynici senserint de philosophia quae vocatur naturali paucis deliberemus.

Praeter virtutem alia μαθήματα spernebant Cynici velut artes atque litteras, praecipue disciplinas, quae naturae investigatione continentur; cf. Laert. Diog. VI, 73: μουσικῆς καὶ γεωμετρικῆς καὶ ἀστρολογίας καὶ τῶν τοιούτων ἀμελεῖν ὡς ἀχρήστων καὶ οὐκ ἀναγκαίων. VI, 103: ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς τὸν λογικὸν καὶ τὸν φυσικὸν τόπον περιαιρεῖν. VI, 104: γράμματα οὖν μὴ μανθάνειν ἔφασκεν ὁ Ἀντισθένης τοὺς σώφρονας γενομένους, ἵνα μὴ διαστρέφοιντο τοῖς ἀλλοτρίοις.

Sed id magis quadrat in posteriores Cynicos, Antisthenes enim multis litteris operam navavit, ut docent vel librorum tituli, neque omnem eiecit physicam neque logicam (conferas in tom. VII περὶ φύσεως α' β' ἐρώτημα περὶ φύσεως α' β'). Quodsi Socrates in Comment. I, 1, 11, IV, 7, 6 philosophiae naturalis contemptor depingitur a Xenophonte, iam Cynicorum, imprimis vero Diogenis Σωκράτους illius μαινομένου, quocum confundere videtur Xenophon Socratem verum, auctoritatem valere apparet. Ipse Socrates philosophia naturali abstinere nequiit, cf. in Comment. IV, 7, 2. 4 (Aristoph. nub. 94), Xenophon vero, ut eius fert animus, omnia ad utilitatem dirigit.

Sed progrediamur ad sententias, quae apud Xenophontem de diis leguntur. Iam semper difficultatem praebuit viris doctis Comment. l. I clarissimum illud caput IV. Disceptat in eo Socrates deorum in homines provisionem rationibus physicis; unde contrarietas evadit cum l. I, 1, 11, ubi res physicas disserere Socratem

solitum non esse asseverat Xenophon. Qua differentia commoti nonnulli viri docti, sicut Krischius (Forschungen pg. 220), Krohnius (in libro ‚Socrates und Xenophon' pg. 46 sq.) spurium esse voluerunt caput quartum. At vere est Xenophontis, certe Xenophon in Cyrop. VIII, 7, 17 digitum ponit in huius capitis sententia quadam eamque imitatur.

Comment. I, 4, 9.	Cyrop. VIII, 7. 17.
οὐδὲ γὰρ σὴν σαυτοῦ σύγε ψυχὴν ὁρᾷς, ἣ τοῦ σώματος κυρία ἐστίν κ. τ. λ.	*οὐ γὰρ δήπου τοῦτο γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδέν εἰμι ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τὴν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε κ. τ. λ.*

Itaque scripta esse ab ipso Xenophonte theologumena illa firmiter equidem sustineo; licet nonnullae sententiae Antisthenis sapiant doctrinam — id Ioelius quoque, qui contra Duemmlerum paene omnia Xenophontis esse contendit, facere non potest quin concedat — tamen Xenophonti abiudicari non possunt.

Coniungendum est cum l. I cp. 4 libri IV cp. 3 quo in capite de pietate agitur sive de sano erga deos mentis habitu, *πρῶτον μὲν δὴ περὶ θεοὺς ἐπειρᾶτο σώφρονας ποιεῖν* IV, 3, 2. Agit Socrates cum Euthydemo *περὶ εὐσεβείας*: deos hominibus providere, colendos esse *νόμῳ πόλεως* praedicat. Haec vero dum scribit Xenophon, plane neglegit, quae similia iam dederat in Comment. l. I cp. 4 (cf. Birtium pg. XVII). Illa unde hauserit Xenophon, quaestio nascitur. Responsum facile datur, scilicet ex Antisthene, qui ipse recedit ad antiquiores fontes, Anaxagoram dico, Heraclitum Diogenemque. Id recte proposuisse videtur Duemmlerus in Academ. pg 96 sq. »die Vorsehungslehre der Memorabilien und die Physik des Kratylus«.

Ioelius vero praeter alia imprimis *προνοίας* notionem Xenophontis propriam esse evincere studet (pg. 123) exemplis allatis e Cyrop. I, 6, 8; Memor. I, 4, 6, Hell. VII, 5. 8, Hipparch. IV, 1, Oecon. VII. 36. IX. 11.

Sed quamvis concedamus Xenophontem, qui primoribus tantum labris attigerat philosophiam, Antisthenis amici opiniones interdum ad suum transformasse arbitrium — spectat enim semper vitae utilitatem — tamen id certe nemo infitias ibit, Antisthenem omnino eius fuisse auctorem. Quam plane retractare quaestionem hoc loco supersedeo.

Eas tantum premere volo Xenophontis cum Antisthene similitudines, quas ex reliquiis servatis cognoscere licet.

Xenophon in Comment. IV, 3, 13.	Antisthenes.
οἱ γὰρ ἄλλοι (scil. *θεοί*) *ἡμῖν τἀγαθὰ διδόντες οὐδὲν τούτων εἰς τοὐμφανὲς ἰόντες διδόασι, καὶ ὁ μὲν τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων κ. τ. λ. . . . τάδε οἰκονομῶν*	In libro, qui physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicit Antisthenes, teste Cicerone de nat. deor. I, 13, 32. cf. Winckelmann pg. 23. *καὶ Ἀν-*

ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν. cf. Cyrop. VIII, 7, 22.

τισθένης περὶ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων βοᾷ· ἀπὸ εἰκόνος οὐχ ωρίζεται, ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε.

Hic quoque locus dignus est, qui notetur:

Cyrop. VI, 2, 29.	Comm. IV, 3, 9.	Dio. Chrys. or. 3. 127 R.
διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεὸς ἀπάγων ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμᾶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη καὶ ἐκ τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα.	Τὸ δ' αὖ ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκαιμεν οὔτε τὸ καῦμα οὔτε τὸ ψῦχος, εἰ ἐξαπίνης γίγνοιτο, οὕτω μὲν κατὰ μικρὸν προςιέναι τὸν ἥλιον, οὕτω δὲ καὶ κατὰ μικρὸν ἀπιέναι, ὥστε λανθάνειν ἡμᾶς εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους.	ἐπεὶ δὲ ἀσθενέστεροι φέρειν ἐσμὲν τὴν μεταβολὴν ἀθρόαν γενομένην (cf. Xen. Cyrop. VI, 2, 20 ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν παράλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς) κατ' ὀλίγον ταῦτα μηχανᾶται καὶ τρόπον ἡμᾶς λανθάνων· καὶ συνεθίζει τινὰ τοῦ ἦρος ὑπενεγκεῖν τὸ θέρος, προγυμνάζων δὲ τοῖ μετοπώρου χειμῶνα ἀνέχεσθαι ἐκ μὲν τοῦ χειμῶνος θάλπων κατ' ὀλίγον ἐκ δὲ τοῦ θέρους ἀναψύχων, ὥστε ἀλύπως ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἑκατέραν τὴν ὑπερβολήν.

Simillimus Xenophontis sententiae est Dionis Chrysostomi locus. Num ex Xenophonte hausit ille? Vix tamen credi potest Dionem, qui oratione tertia cynicam doctrinam secutus sit (cf. E. Weber, de Dione Chrys. Cynicorum sectatore pg. 233 sq.) hunc unum locum e Cyropaedia vel e Commentariis deprompsisse. Uterque igitur ad communem fontem recedit quem fuisse Antisthenem cum aliqua probabilitatis specie nobis conicere licet.

Ceterum nihil habeo, quod iis addam, quae Ioelius ac Duemmlerus hac de re disputavere.

Quomodo autem contrarietas cap. I, 1, 11 et I c. 4 Comment. conciliari possit aliqua ratione nec non iucunda explanavit Birtius, de Comment. Socrat. compositione pg. IX sq.

Quodsi ad extremum Socratem, qualem nobis depingit Xenophon, accuratius contemplati erimus, virtutis praeceptorem, amicitiae quae potior sit multis divitiis laudatorem sese gerentem, facile Cynicorum praedicatorum meminerimus de quibus recte sententiam tulit Wilamowitzius in quaest. philol. IV. pg. 292. ubi de origine illius eloquentiae disputationem instituit, quae inscribitur „Der kynische Prediger Teles', atque ad eum finem pervenit (pg. 313): »es ist nicht anders, der Kyniker Teles ist der älteste, kenntliche Vorfahr des geistlichen Redners, der heute, in welcher Kirche es

auch sei, das Wort der Schrift auslegt, und durch fromme Betrachtung die Herzen seiner Zuhörer stärkt und erbaut«. Weberus (pg. 202) utitur verbis illis, neque vero Teletem, immo Diogenem Sinopensem eius eloquentiae generis principem esse auctorem existimat. Equidem aliquantulum progrediar, neque modo in Socrate *μαινομένῳ*, sed etiam in Socrate Xenophonteo adhiberi posse illa verba nonnullis mutatis contenderim.

Conferas modo, quam amplum locum obtineant in Socratis Xenophontei sermone verba sicut *προτρέπειν, προάγειν, ἄγειν, προβιβάζειν* (in Comm. I, 2, 64, I. 4, 1, I, 7, 1, IV, 8, 11, I, 5, 1, II, 1, 1, IV, 5, 1, II, 5, 1, IV, 7, 9, Cyrop. I, 2, 64, IV, 7, 9, cf. Joel, die sokratische Wirksamkeit pg. 450 sq.), quotiens in ore habeat moderationem in Comm. I, 2, 1, I, 2, 5. 14, I, 3, 5 sq., I, 5, 6, IV, 5 1, IV, 8, 11, quantopere adamarit Socrates Xenophonteus notiones illas *δεῖ, χρή*, adiectiva verbalia in *τέος* term., probat tabella apud Ioelium pg. 467.

Quae Socratis Xenophontei proprietas posteris quoque scriptoribus in propatulo fuit; satis memorabile de ea testimonium profert Demetr. de elocut. § 296; *ἕτερος δὲ τὸ (εἶδος) αὐτὸ ὑποθετικῶς προοίσεται, καθάπερ Ξενοφῶντος τὰ πολλά, οἷον ὅτι, δεῖ γὰρ οὐ χρήματα μόνον ἀπολείπειν τοῖς αὐτῶν παισίν, ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμην τὴν χρησομένην αὐτοῖς. Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικόν, ὃ μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι Αἰσχίνης καὶ Πλάτων κ. τ. λ.*

Hisce conclusionem faciamus disputationis, nisi quod unum adiciam. Inter scriptores Socraticos soli Xenophonti cum Antisthene etiam hoc commune fuisse videtur, ut a Socratis interdum persona abstinerent et Socraticas sententias sine Socrate offerrent; ut enim Antisthenes et Herculem composuit et Cyrum duplicem, ita etiam Xenophon in Oeconomico Ischomachum paene protagonisten esse voluit, Cyropaediam dialogis similibus complevit, in Hierone Simonidem sapientem introduxit. Quam ego concordiam scriptorum ne ipsam quidem casu ortam esse opinor. Iam vero etsi descriptionem Socratis quam Xenophon praestitit veram et sinceram philosophi esse imaginem nemo iam sibi persuadebit, tamen eius scripta multum valent ad ceteros Socraticos, praecipue Antisthenem cognoscendos. Minoris momenti dicendi sunt commentarii quod Socratis doctrinae reliquiae esse desierunt, maioris vero, quod eorum ope intellegere coepimus, quomodo Xenophon opuscula composuerit philosophica.

Appendix I.

Liceat mihi in appendice nonnullas notare similitudines inter Xenophontem, Isocratem, Antisthenem intercedentes [1]).

Contra eos, qui omnibus locis, ubi Isocratis auctoritatem apud Xenophontem valere in propatulo est, vel interpolationes vel Xenophontis qui dicitur minoris glossemata ponere consuevere, merito nuper pugnavit Kaibelius in Herm. tom. XXV, 583 sq. imprimis 594. Certe rationem habuit cum Isocrate Xenophon atque commercium. Quamquam enim credere non debemus nuntio qui extat apud Phot. in biblioth. cod. 260 (p. 486. 36 b). Xenophontem Isocratis fuisse discipulum — repugnat enim temporum ratio: nam anno 394 quo Isosrates Athenis docere coepit, adhuc fuit in Asia Xenophon — tamen Xenophon Isocratis usus est familiaritate [2]). Nam quis est qui Isocratem laudationem funebrem in Grylli honorem [3]) inscripturum fuisse putet, nisi patrem mortui summo honore coluisset. Xenophontem vero postquam Eubuli rogatio a. 369 ei viam in patriam patefecit, rediisse re vera cum aliqua probabilitatis specie nobis contendere licet. Conditum est pro Atheniensibus Comment. l. III cp. 5, conditus est eorum in utilitatem Hipparchicus, conditus est Atheniensium commodis respectis de reditibus libellus; itaque haud mirabere in ultimis Xenophontis stili conaminibus similitudinem intercedere cum Isocrate. In sermone quoque Xenophontem illi multum debuisse demonstravit H. Schacht, de Xenophontis studiis rhetoricis, dissert. Berol. a. 1890 edit. pg. 44 sq. Atque primum quidem similis est locus quem uterque in philosophia obtinet (cf. de Isocrate Platon. Euthydem. 305 e, depingitur item Xenophon); in sententiis quoque de rebus civilibus multa invenimus communia. In Agesilao usum esse Xenophontem Isocratis Euagora olim probavit Kaibelius exemplis allatis:

Isocrat. Euag.	Xen. Agesit.
III, 71	XI, 16
III, 73	XI, 7

Nuper Ivo Bruns in commentatione, cui inscripsit: de Xen. Agesilao capite XI (Progr. der Kieler Universität zu Kaisers Geburtstag 1895) pg. 12 sq. in Agesilao conscribendo Xenophonti

---

1) cf. ad hanc quaestiunculam disputationes quasdam Henkelii „Isocrates und Xenophon". Zur Geschichte der griech. Staatswissenschaft, Progr. des Gymn. zu Salzwedel 1866 und des Gymn. zu Seehausen 1867. — J. Bruns, Das literar. Porträt der Griechen 1896, pg. 115 sq.

2) eodem pago orti erant Isocrates et Xenophon, e pago qui dicitur Erchia.

3) Laert. Diog. II, 55.

praesto fuisse Isocratis Euagoram demonstravit uberibus exemplis propositis.

Equidem hic laudare velim similitudines quasdam inter Xenophontis Cyropaediam et Isocratis orationes, quae vocantur Nicocleae, intercedentes.

Trium illarum orationum antiquissima est oratio ad Nicoclem, haud multo postquam Nicocles regnum iniit, conscripta, anno scilicet 376 (cf. Blassium iu libro Die attische Beredsamkeit II, 1² 271). Praecepta bene regnandi quae ibi proponuntur, tum aliquid novi esse ipse significat (*πρὸς Νικοκλέα* 38); ergo Xenophontis Cyropaedia nondum praeivit.

Multis in rebus Xenophontem Isocratis deprehendimus sectatorem; conferas:

Isocr. *πρὸς Νικοκλέα* 24.	Xen. Cyropaed. I, 6, 21.
Ἀρχικὸς εἶναι βούλου μὴ χαλεπότητι μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν, ἀλλά τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας καὶ νομίζειν ὑπὲρ τῆς αὑτῶν σωτηρίας ἄμεινον αὑτῶν σε βουλεύεσθαι.	*Καὶ ἐπὶ μέν γε τὸ ἀνάγκῃ ἕπεσθαι αὕτη, ὦ παῖ, ἡ ὁδός ἐστιν, ἐπὶ δὲ τὸ κρεῖττον τούτου πολὺ, τὸ ἑκόντας πείθεσθαι, ἄλλη ἐστι συντομωτέρα. Ὃν γὰρ ἂν ἡγήσωνται περὶ τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶναι, τούτῳ οἱ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται.*
31.	Xen. Cyrop. VII, 5, 86. Comm. III, 2, 3.
Σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἂν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους γιγνομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν.	*καὶ γὰρ βασιλεὺς αἱρεῖται, οὐχ ἵνα ἑαυτοῦ καλῶς ἐπιμελῆται, ἀλλὰ ἵνα καὶ οἱ ἑλόμενοι δι' αὐτὸν εὖ πράττωσιν.*
Isocr. *π. N.* 19.	Xen. Comm. III, 4, 7.
Isocr. *π. N.* 21.	Xen. Cyrop. I, 6, 24.
Isocrat. *πρὸς Νικοκλέα* 10.	Xen. Cyropaed. I, 6, 8.
Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε φανερόν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνησομένους καὶ περὶ τηλικούτων βουλευομένους μὴ ῥαθυμεῖν μηδ' ἀμελεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν κ. τ. λ.	*ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν καὶ φιλοπονεῖν προθυμούμενον.*

Sequitur in temporum serie Isocratis Euagoras quae inscribitur oratio. Si omnia quae aetatis constituendae ansam nobis praebent complectimur (cf. § 78, § 73), cum Blassio (pg. 285) orationem circa a. 370, seu cum Brunsio[1]) haud multo post a. 374, eodem igitur circiter tempore quo Xenophon Cyropaediam condidit, scriptam esse nobis colligere licet. Atque Isocratem debuisse nonnulla Xenophonti coniecerim.

1) in libro modo citato pg. 115.

Dispositionem materiae in Euagora eandem esse atque in Cyri institutione probavit Kaibelius (cf. Cyrop. I, 1, 6 et Isocr. Euagor. § 12, 22 etc.). Notandus est hic quoque locus Euagor. § 37: *Κῦρον τὸν Μήδων ἀφελόμενον τὴν ἀρχὴν, Πέρσαις δὲ κτησάμενον, καὶ πλεῖστοι καὶ μάλιστα θαυμάζουσιν.* Quo ex loco certe conclusimus Xenophontis Cyropaediam iamiam in publicum prodisse. Habeo vero quo corroborem sententiam meam.

Scriptum videmus in Isocratis Euag:

Isocrat. Euag. § 38.	Xen. Cyrop. I, 2, 1.
ἔπειτ' ἐκ μὲν τῆς Κύρου στρατηγίας οὔπω δῆλον, ὅτι καὶ τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους ἂν ὑπέμεινεν. Nonne hisce alluditur ad Cyrop. I, 2, 1?	..... ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα (scil. τὸν Κῦρον).

Ceterum multis in sententiis Xenophontis Cyropaedia et Isocratis Euagoras inter se congruunt.

Isocrat. Euag. 22.	Xen. Cyrop. I, 2, 1.
» » 45.	» » VIII, 1, 32.
» » 45.	» » VIII, 7, 14.

Facile similitudines augeri queunt atque amplificari, id vero contenderim Isocrati in Euagora conscribendo iam praesto fuisse Xenophontis Cyri institutionem, licet rursus Xenophon, dum Agesilaum condit, multa ex Isocrate hauserit.

In tertia quoque orationum, quae vocantur, Nicoclearum ratio intercessit inter Xenophontem et Isocratem.

De Isocratis Nicoclis tempore conferas Blassium pg. 275; quo duce anno 369 vel paulo post scriptam esse orationem statuimus. Iam compares quaeso:

Isocrat. Nicocl. 23.	Xen. Cyrop. VIII, 7, 7.
» » 37.	» » VII, 5, 86.

Deinde memorabilis certe est hic Nicoclis locus: sermo fit de liberorum educatione in Nicocl. § 57—59 ubi quod postulat Nic. § 57: *προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ' ἀρετὴν μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἀποδεικνύοντες αὐτοῖς οἵους εἶναι χρὴ τοὺς ἄνδρας ἀγαθούς*, id mentem resuscitat ad Xenophontis Comment. IV, 5, 1 sq. sive ad libellum illum, quem *περὶ παιδείας* diximus. Simul Antisthenis [1]) quoque admonemur loco hoc:

---

1) Complures Isocratis locos scriptos esse contra Antisthenem recte animadvertit Reinhardt, de Isocratis aemulis pg. 24—28, sed id non impedit quominus in rebus nonnullis Isocrates Antisthenem sequatur; conferas Duemmlerum in Antisth. pg. 65, qui Isocr. § 45 et 46 ex Ant. Protreptico desumptas esse coniecit. Conferas porro Isocr. Nicocl. § 16 et Ant. apud Laert. Diog. VI, 5.

Isocrat. Nicocl. § 59.

Μὴ τὴν κακίαν οἴεσθαι δύνασθαι μὲν πλείω τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν, τὸ δὲ ὄνομα δυσχερέστερον ἔχειν, ἀλλ' οἵωνπερ ὀνομάτων ἕκαστον τῶν πραγμάτων τετύχηκε, τοιαύτας ἡγεῖσθαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν εἶναι.

Nonne conicere licet Isocratem alludere ad Antisthenis sententiam?

Arriani Epictet. I, 17.

Ἀντισθένης λέγει, ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Σωκράτης δ' οὐ λέγει καὶ περί τινος Ξενοφῶν γράφει, ὅτι ἤρχετο ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψεως, τί σημαίνει ἕκαστον.

Xenoph. in Comm. IV,6,1.

Σωκράτης γὰρ τοὺς μὲν εἰδότας τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων ἐνόμιζε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι.

Cf. Birtium in mus. rhen. tom. 51, pg. 157.

Quodsi Isocrates sententiam Antisthenis prolatam in eius *περὶ παιδείας* libello videtur astringere in oratione, cui inscripsit Nicocles, a. circiter 369 edita, Xenophon vero in suo *περὶ παιδείας* libello Antisthenis *περὶ παιδείας* dialogo usus est, Xenophontis Commentariorum librum IV post a. 369 vel 368 scriptum esse colligere possumus, quod bene congruit cum iis, quae iam antea de Commentariorum tempore diximus.

Haec habeo quae de Isocratis cum Xenophonte et Antisthene commercio proferre possim. Ignoscas quaeso, si celerius in chartam coniecta esse videantur. Tempus mihi fore spero quo accuratius has quaestiones pertractem certe dignas, in quibus inquirendis studium collocetur.

Xenophontem vero non eum fuisse me demonstrasse puto qui Corinthi vel alibi parta gloria quasi reposito frueretur honore; litterarum, quae tum magis magisque augebantur, haud ignarus idoneas eas esse existimavit, quibus in dies disceret, aliisque auctoribus ipse exemplar fuit. Tum idem ille Xenophon retractavit opera atque argumenta atque doctrinam operum quae antea in publicum prodierant. Et invenere retractationis vestigia permulti viri docti sicut Duemmlerus in Academ. pg. 124 sq., Doeringius in libro qui inscribitur: ‚Die Lehre des Sokrates' a. h. s. 95 edito (cf. Doerwald in comment. ‚Xenophons Memorabilien und die neuere Kritik'. Gymnasium 15. Jahrg. 1. 2); ego quoque quibusdam locis ea notavi; nonnulla enim amplificavit auctor (cf. Comm. I, 3, 13 et al.), adiecit haud pauca. Xenophon ipse interpolator est, quod in memoriam revocent ii, qui ubique venantur falsarium.

Appendix II.

De Antisthenis declamationum, quae Aiax et Ulixes inscribuntur, auctoritate.

Temporum invidia omnia fere Antisthenis scripta decem tomis a grammaticis digesta (cf. Laert. Diog. VI, 15—18) perierunt; traditae vero nobis sunt integrae duae Aiacis et Ulixis nomine inscriptae declamationes. Hae utrum vere Antisthenis sint an a falsario compilatae, altercantur iudices haerentque ancipites usque ad hunc diem. Damnat eas Fossius (de Gorgia Leont. pg. 94), damnat Sauppius in orat. attic. II, 167, secutus est eos Adolphus Muellerus (de Antisth. vita et scriptis a. h. s. 60 ed. pg. 30); secutus est Benselerus in commentatione ‚de hiatu' (pg. 169); certavere pro authentia praeter alios, ut nomina afferam, Winckelmannus (in Antisth. frgm. pg. 40), Deycksius (de Antisth. Socratici vita et doctrina pg. 13 sq.), imprimis Blassius in libro ‚Die attische Beredsamkeit' II[2] pg. 338.

Qui spurias voluerunt orationes, his fere argumentis utuntur. In Antisthenis enim orationibus seu declamationibus Aiax et Ulixes apud iudices de armis Achillis litigantes inducuntur; Quintiliani vero loc. II, 4, 41 in arenam vocant, qui orationes ad imitationem fori fictas i. e. ex genere repetitas iudiciali circa Demetrii demum Phalerei tempus dici coeptas esse auctor est. At nonne extat in Diogenis catalogo Ὀρέστου ἀπολογία quaedam? Atque cur sophistae hoc ipso dicendi genere abstinebant, qui praesertim ad fori militiam iuvenes educare in animo haberent et in tragoediarum fabulis uberrimam invenirent materiam?

Aliud quo falsas esse orationes probet indicium venatur Benselerus de hiatu (pg. 169). Dicit ille: »In Antisthenis scilicet orationibus hiatus non quidem summa, sed tamen aliqua cura est vitatus. Hoc certe affirmaverim eo tempore, quo Antisthenes vixerit, hiatus omnino a scriptoribus prosae orationis non esse evitatos nisi ab Isocrate, in quo id ipsum maxime laudatur«. Qua ille causa commotus declamationes Antistheni abiudicat. Sed dubito num gravissimum sit argumentum. Nam ut praetermittam ex iis quae nobis traditae sunt laciniis, tale quid ad totum scriptoris sermonem iudicandum colligere nobis non licere, ne in fragmentis quidem quae vere Antisthenis redolent lucernam, diversa ratio apparet (cf. Blassium, qui exempla proponit pg. 342, adnot. 2).

Neque conticere possum novissimam de his orationibus disputationem L. Radermacheri in mus. rhen. tom. 47 prolatam (pg. 569 sq.). Ille Blassii quibusdam coniecturis in memoriam revocatis, qui ex nonnullis locis perfacile restitui posse versus senarios iambicos —

talia quidem inveniuntur in multis scriptoribus — animadverterat, orationes illas ex Theodectis fabula, quae inscribebatur ‚Aiax', desumptas a rhetore quodam in pedestrem orationem esse transformatas sibi persuasit. Qua coniectura satis audaci omnino non opus est. Licet enim Antisthenes materiem declamationum e fabulis deprompserit, licet ad ipsa fabulae verba suscitarit mentem, — nam multis litteris operam navavit, ut docent vel librorum tituli — in utraque tamen oratiuncula quaedam nec pauca doctrinae Antisthenicae vestigia deprehendimus.

Genus autem dicendi quod nobis in declamationibus occurrit — periodi nonnullis brevibus e membris compositae — optime quadrat in ea, quae de Antisthenis sermone nobis sunt tradita. Habemus Antisthenis apophthegma a Sternbachio (Wiener Studien IX, 1887) publici iuris factum: *ὁ αὐτὸς (Ἀντισθένης) ἔφη τὴν ἀρετὴν βραχύλογον εἶναι, τὴν δὲ κακίαν ἀπέραντο⟨λόγον⟩*. Nimirum ut cum Webero (de Dione Chrys. etc. pg. 261) Plutarchi verbis utar de Lycurgo in vita eius cp. XIX propositis, erant Cynici *βραχύλογοι τε καὶ ἀποφθεγματικοί*, Laconum dicacitatem imitabantur, aspernabantur sophistarum verbositatem. Quod quadrat in has duas Antisthenis declamationes.

Quibus omnibus causis adductus equidem cum Blassio propensior sum ad agnoscendum his quoque declamationibus stilum manumque Antisthenis. Suspicionem vero excitasse videtur societas, in qua duae illae Antisthenis declamationes versantur — nam simul cum Antistheneis traditae sunt nobis Gorgiae et Alcidamantis orationes quae dubitatione sane non vacant; sed hae quoque fama quidem meliores sunt, conferas modo Vahlenii dissertationem dilucidam ‚Der Rhetor Alcidamas' in act. societ. litter. Vindob. a. h. s. 63 pg. 491 sq. et Blassium pg. 243 et 345 sq.

Atque nunc meum erit in singulis paragraphis veri Antisthenis detegere vestigia.

Antisthenis Aiax.

§ 1.

καὶ ταῦτα διὰ λόγων· τὸ δὲ πρᾶγμα ἐγίγνετο ἔργῳ.

Factis rem probare melius esse quam verbis profert Antisthenes: *Ἀντισθένης ὁ Κυνικὸς ἀναστὰς ἐβάδισε νομίσας ἰσχυροτέραν εἶναι πάσης τῆς διὰ λόγων ἀντιλογίας τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν*. (cf. schol. ad Aristot. p. 22 Bt. Winckelm. Ant. frgm. 35, 4; cf. Xenoph. Comment. IV, 4, 10: *εἰ δὴ μὴ λόγῳ, ἔφη, ἀλλ' ἔργῳ ἀποδείκνυμαι*).

§ 3.

Verborum contentione: *κἀγὼ μὲν ἀξιῶ λαβεῖν ἵνα ἀποδῶ .... οὗτος δὲ ἵν' ἀποδῶται* agnoscimus Antisthenem Gorgiae alumnum; scriptor enim utitur figura quam dicimus *παρομοίωσιν*

§ 4.

ἧπερ ἀγαθὸς ἰατρὸς διαγνῶναι νοσήματα ἄλλῳ παρείη. Medicos persaepe in ore habet Antisthenes, cf. Winckelm. Antisth. frgm. pg. 56, 4: *ἐρωτηθεὶς διὰ τί πικρῶς τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλήττει, καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, τοῖς κάμνουσιν.* 61, 27: *Ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ πονηροῖς συγγενέσθαι; Καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, μετὰ τῶν νοσούντων εἰσὶν, ἀλλ' οὐ πυρέττουσιν*; cf. porro Xen. Comm. III, 3, 9 et Laert. Diog. VI, 30.

§ 6.

ὅδε ὁ μαστιγίας καὶ ἱερόσυλος: voces sunt graves et horridae, sicut Cynicorum mos est.

§ 7.

‚Agere' opponitur ‚dicendo' Cynicorum ex more; quocum compares Antisthenis illud apud Laert. Diog. VI, 11: *τήν τε ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι, μήτε μαθημάτων.*

οὐδ' ἀντιλέγειν ἔξεστι πρὸς τοὺς πολεμίους, quod commonefacit nos celeberrimae Antisthenis sententiae: *οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν*, cf. Laert. Diog. VI, 16.

ἢ δουλεύειν σιωπῇ. Animadvertas verborum positionem tam elegantem quam gravem, sub fine ponitur quod summi momenti est verbum; id de Antisthene laudat Demetr. *περὶ ἑρμην.* § 249.

§ 8.

κριταί — δοξασταί. Winckelmannus (Antisth. frgm. pg. 40) propter hanc Gorgiae et Prodici imitationem has duas declamationes genuinas habet.

§ 9.

διαγιγνώσκειν — διαδοξάζειν. Ista acris notionis definitio Prodici nos admonet, cuius cum Antisthene rationem nobis detegit Xenophon in Conv. IV, 62. Verbis *γιγνώσκειν* et *δοξάζειν* utitur Xenophon quoque in Comment. III, 9, 6 quo in capite permultum debuisse Antistheni probat Joelius pg. 348 sqq.

Antisthenis Ulixes.

§ 1.

καὶ ζῶντος ἂν ἔλεγον Ἀχιλλέως. Animadvertas structuram et ordinem verborum, quae in oratione Antisthenis praedicat Demetr. *περὶ ἑρμην.* § 249. ..... *καὶ τὸ ἐπὶ τέλει τὸ δεινότατον.*

§ 5.

Inspicias hos locos:

Cyrop. III, 1, 38.	Ant. Ulix. 5.
ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι, πάντα ἀκούσια ταῦτ' ἐγὼ νομίζω.	*κἀγὼ μὲν οὐκ ὀνειδίζω σοι τὴν ἀμαθίαν· ἄκων γὰρ αὐτὸ καὶ σὺ καὶ ⟨οἱ⟩ ἄλλοι πεπόνθασιν ἅπαντες.*

Radermacherus ut versum restituat senarium iambicum, Euripidis frg. 220 in comparationem vocat: *σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ, σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν* et cum superbia quadam dicit: »Der Satz beweist also nichts für Antisthenes«. Vellem accuratius locum et praecepta insequentia perpexisset doctus ille vir *ἄκων γάρ κ. τ. λ.* i. e. inscitia fieri, si quis invitus peccet. Certe Xenophon in Cyrop. III, 1, 38 ubi Socraticam personam introducit, sequitur Antisthenis sententiam; conferas quaeso locum supra expressum (pg. 47). Itaque haec sententia vere Antisthenis est.

§ 6.

ἀλλ' ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος. Homericorum similium illud nos admonet quae exercuisse Cynicos in propatulo est, cf. Duemmleri Antisth. pg. 69 sq. Xenophon hac in re Antisthenis discipulus est, videas Cyrop. I, 4, 21 Porcorum exemplum persaepe apud Cynicos usitatur; comp. pg. 40.

§ 7.

σὺ δὲ ὥσπερ οἱ παῖδες χαίρεις; conferas cum hac comparatione frgm. Antisth. apud Winckelmannum pg. 65: *Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας, οὐδὲν αὐτοὺς ἔφη διαφέρειν παιδαρίων κ. τ. λ.*

ἑπταβόειον τεῖχος; nescio an Ulixes Antisthenicus alludat ad aliquam Antisthenis sententiam: idem valet ut apud Aiacem scutum, sic apud Ulixem *φρόνησις,* cf. Laert. Diog. VI, 13: *τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν.*

§ 8.

ὥσπερ οἱ κυβερνῆται σκοποῦσι. Comparatio gubernatoris apud Socraticos usitata erat; cf. Xen. Cyrop. I, 6, 21, Comm. III, 3, 9.

§ 9.

ἀλλ' ὅντινα ἐθέλει τις τρόπον, καὶ πρὸς ἕνα καὶ πρὸς πολλοὺς ἕτοιμός εἰμ' ἀεί; cf. schol. in Hom. Odyss. ed. Buttmann pg. 9 ad *ά*: *διὰ τοῦτό φησι τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρος σοφὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἠπίστατο πολλοῖς τρόποις συνεῖναι;* certe significatur Ulixes Antistheneus; cf. porro Xen. Mem. IV, 1, 3: *οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ πάντας ᾔει*, cf. § 14.

§ 10.

ἀλλὰ ἡνίκα ἂν ῥέγχῃς σύ. *ῥέγχω* est forma volgaris pro *ῥέγκω*, agnoscimus horridum Antisthenem.

§ 13.

Repugnant inter se *ἀνδρεῖος* Ulixes et *ἰσχυρός* Aiax. Similiter apud Xenophontem duae notiones inter se opponuntur: *ἰσχυρὸς* et *ἀνδρεῖος* in Conv. IV, 13: *τὸν μὲν ἰσχυρὸν ..... τὸν δὲ ἀνδρεῖον*. Imitatio quaedam huius Antisthenis loci nobis occurrit apud Dion. Chrys. in or. 48 pg. 302 R.

Chiron iratus Achillis fortitudinem aestimans Ulixis Antisthenici nos admonet. Id iam recte vidit F. Duemmler „zum Heracles des Antisthenes" in Philol. tom. L pg. 294; liceat mihi hos locos adponere:

Dion. Chrysost. or. 48 pg. 303 R.	Ant. Ulix. 13.
διὰ μέντοι τὸ θράσος καὶ τὸ τάχος καὶ τὴν ἰσχὺν κολακεύοντές σε φήσουσι φέρτατον ἄνδρων ..... ἀλλὰ τοὺς μὲν σαυτῷ ὁμοίους τοὺς ἀνδρείους καὶ ἀνοήτους ἀποκτενεῖς ῥᾳδίως· ὑπὸ δὲ ἀνδρὸς φρονίμου καὶ πολεμικοῦ ἀποθανῇ οὐδὲ ἰδὼν αὐτόν.	*διότι γὰρ ἰσχυρὸς οἴει καὶ ἀνδρεῖος εἶναι. καὶ οὐκ οἶσθα ὅτι σοφία περὶ πόλεμον καὶ ἀνδρεία οὐ ταὐτόν ἐστιν ἰσχῦσαι.*

§ 14.

Animadvertas deesse epitheton *πολύτροπος* (verschlagen), quod Antistheni displicuisse testimonio est schol. in Hom. Odyss. ad *α*, 1 (Buttmann pg. 9): *πολύτροπον] οὐκ ἐπαινεῖν φησιν Ἀντισθένης Ὅμηρον τὸν Ὀδυσσέα μᾶλλον ἢ ψέγειν λέγοντα αὐτὸν πολύτροπον.*

τὴν φύσιν ἀπεικάζων τοῖς τε νωθέσιν ὄνοις. Cynicorum comparationum admonemur, abutitur enim hic Ulixes comparatione Homerica in Il. XI, 558 ubi Aiacis in pugnando constantia cum asini pertinacia confertur.

Et haec quidem hactenus.

Tabula chronologica eorum Xenophontis operum quae hac in dissertatione tractata sunt.

Xenophon composuit:

Commentar. part. I haud multo post a. 393.
Cynegeticum circiter a. 390.
Comment. part. II intra a. 384—380.
Cyropaediam inde ab anno 376 usque ad a. 373 vel 372.
Commentar. part. III intra spatium a. 371—366 vel 365.
Commentar. part. IV sive librum illum περὶ παιδείας post a. 369 vel 368, ante a. 365.
Convivium a. 365 vel potius 364.
Oeconomicum a. 362.
Hieronem a. 359 vel 358.

Index.

Vita.

Natus sum Ioannes Dahmen Coloniae Agrippinensium a. h. s. LXX mensis Ianuarii die XVII patre Ioanne mercatore matre Elisabetha e gente Moll, quos vivere usque adhuc admodum gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Cum litteris elementariis essem imbutus, gymnasium patrium Friderico Guilelmo dicatum petii, quod Oscaro Iaegero directore floret. Anno vero LXXXIX maturitatis testimonio instructus Bonnam migravi, ut philologis studiis atque historicis operam navarem. Peractis dein duobus annis ad studia perficienda Marpurgum me contuli. Qua in academia anno h. s. LXXXXIV ineunte examen pro fac. doc. nec non anno h. s. LXXXXVII mens. Iun. die XXIV illud quod vocant rigorosum superavi.

Nunc magistri munere in gymnasio rhenano Prumiensi fungor.

Bonnae per duos semenstres proseminarii historici exercitationibus interfui, Marpurgi per bis sex menses seminarii philologi sodalis fui ordinarius, per unum semenstre secretarius. Seminarii historici exercitationibus per tria semenstria interfui.

Omnibus doctissimis illis viris, quos praeceptores meos nomino, ex animi sententia gratias ago. Maximis autem me obstrinxit beneficiis Theodorus Birt, qui in conscribendo hoc opusculo fautorem studiorum meorum adiutoremque se praestitit. Cui gratissimum animum me servaturum esse spondeo.



